CARTELLIERI — CHRONICON UNIVERSALE ANONYMI LAUDUNENSIS

CHRONICON UNIVERSALE ANONYMI LAUDUNENSIS.

VON 1154 BIS ZUM SCHLUSS (1219)
FÜR AKADEMISCHE ÜBUNGEN

HERAUSGEGEBEN VON

ALEXANDER CARTELLIERI

BEARBEITET VON

WOLF STECHELE.

LEIPZIG
DYKSCHE BUCHHANDLUNG.
PARIS
LIBRAIRIE ALPHONSE PICARD ET FILS
RUE BONAPARTE 82.
1909.

CHRONICON UNIVERSALE ANONYMI LAUDUNENSIS.

VON 1154 BIS ZUM SCHLUSS (1219)
FÜR AKADEMISCHE ÜBUNGEN

HERAUSGEGEBEN VON

ALEXANDER CARTELLIERI

BEARBEITET VON

WOLF STECHELE.

LEIPZIG
DYKSCHE BUCHHANDLUNG.
PARIS
LIBRAIRIE ALPHONSE PICARD ET FILS
RUE BONAPARTE 82.
1909.

Vorwort.

Die Chronik des Anonymus von Laon ist bisher weder vollständig noch im Zusammenhange gedruckt worden, aber ein großer Teil findet sich im Recueil des Historiens de la France (Bouquet) 13, 677—683 (für die Jahre 1165—1180) und 18, 702—720 (für die Jahre 1181—1219), sowie in den Monumenta Germaniae historica SS. 26, 442—457 (für die deutsche Geschichte der Jahre 1066—1219), hier herausgegeben von G. Waitz, der bedauerte, daß das Ganze nicht vorliege.

Herr Dr. Wolf Stechele aus Eisenach, der am anderen Orte über seine Forschungen zu handeln gedenkt, hat die beiden Handschriften bearbeitet und dabei, wie Waitz, **1** zugrunde gelegt.

1 = Berlin, Phill. 144, früher Cheltenham Nr. 1880, 13. Jahrh. Anf., beschrieben bei V. Rose, Verzeichnis der lateinischen Handschriften der Kgl. Bibliothek zu Berlin 1 (Berlin 1893), 326.

2 = Paris, Bibliothèque nationale, ms. lat. 5011 (Colbert 439), 13. Jahrh.

Die Blattzahlen der beiden Handschriften stehen im Texte in eckigen Klammern. Zur besseren Übersicht sind Absätze gemacht worden.

Den Vorständen der Pariser wie der Berliner Bibliothek sei für die gütige Übersendung der Handschriften

an die Universitätsbibliothek Jena sowie der Direktion dieser für ihre gütige Vermittelung verbindlichst gedankt.

Der folgende Abdruck bringt vom Jahre 1154 bis zum Ende der Chronik (1219) alles. Den Anfang zu wählen war ohne eine gewisse Willkür nicht möglich. Da es sich hauptsächlich um französische und englische Geschichte handelt, bot die Ehescheidung König Ludwig VII. sachlich einen passenden Einschnitt: haben doch die Folgen dieses Ereignisses die Beziehungen der beiden Westmächte und damit auch die europäische Politik überhaupt während der nächsten Menschenalter andauernd und nachhaltig bestimmt.

Quellenkritisch ist bekannt, daß nach der Mitte des 12. Jahrhunderts die Entlehnungen aus bekannten Quellen bald ganz aufhören.

Im Texte entlehnte Stellen kenntlich zu machen, ähnliche Berichte heranzuziehen, Namen zu erklären oder sonst irgendwie Erläuterungen beizufügen habe ich absichtlich vorläufig unterlassen, weil alles das die Aufgabe historischer Seminarübungen sein soll. Der bloße Abdruck dieser Chronik, die noch nie eingehend behandelt worden ist, bietet den Studierenden willkommene Gelegenheit, die verschiedenen Seiten der Tätigkeit eines Herausgebers von der Textherstellung bis zur Prüfung der Glaubwürdigkeit selbstständig kennen zu lernen und fortwährend darüber nachzudenken, wie sie der verschiedenen Hilfsmittel habhaft werden können. Später soll eine eingehende Auslegung gegeben und das anziehende, oft so eigenartig aus der Volksüberlieferung schöpfende Werk durch Inhalts- und Namenverzeichnisse der Benutzung vollständig erschlossen werden.

Die französisch-englischen Dinge stehen naturgemäß im Vordergrunde. Aber auch von den anderen Ländern wird manches Wichtige erzählt. Besondere Bedeutung haben die Mitteilungen des Chronisten über Ketzereien. Unter diesem Gesichtspunkt gehört er zu den zeitgenössischen Berichterstattern ersten Ranges. Als Abschnitte, die besonders in Betracht kommen, sind folgende zu nennen:

Italienische Pläne Heinrichs II. von England, S. 15, 22;
Klosterleben, S. 18, 19;
Ursprung des Waldensertums, S. 20;
Kommunale Kämpfe in Laon, S. 26;
Krönung Philipp Augusts, S. 30;
Tod Jung Heinrichs von England, S. 32;
Aufstand der Weißkappen in Le Puy, S. 37;
Beschreibung Jerusalems, S. 41;
Die englische Einsiedlerin Mathilde, S. 68;
Magister Amalricus und die Amalricianer, S. 69;
Bewegung der Hirtenknaben unter Stephan, S. 70;
Französische Flotte bei Dam, S. 73;
Schlacht bei Muret, S. 75;
Schlacht bei Bouvines, S. 77.

Den Herren stud. hist. Herbert Koch, Dietrich Schomburg und Johannes Grünsch danke ich auch hier für ihre Mithilfe bei der Handschriftenvergleichung und Korrektur.

Jena, Dezember 1908.

Dr. Alexander Cartellieri,
Professor an der Universität.

A. D. 1154. — Lodovicus[1]) rex Francorum, ductus spiritu zelotipie, consanguinitate iurata, uxorem suam repudiavit. Baldevinus[2]) rex Jerusalem[3]) matrem suam, multo[4]) familiarius ad hostes Domini[5]) se habentem, et ipsum[6]) in urbem sanctam intrare prohibentem, obsedit in arce; violenter urbem ingressus, et, captis cunctis[7]) municionibus[8]) matris, tandem pace facta cum ea, Neapolim tantum ei dimisit.

Massamuti, quos quidam Moabitas dicunt, regnum Mauretanie[9]) ceperunt, rege eius patibulo affixo; et occiso rege, Bulgie regnum invaserunt; minabantur eciam se Siciliam, Apuliam et Romam invasuros.

Eugenius papa, pace cum Romanis facta, hoc anno primo Romam ingreditur, cum eis manens. Radulfus illustris comes[10]) Viromandorum obiit; cuius primogenitam filiam[11]) duxit Philippus[12]) comes Flandriarum[13]), et, mortuo eius fratre comite Radulfo Leproso, comitatum Viromandie et Valesie tenuit. Alia quoque filia Elinordis[14]) comiti nupsit Nivernorum. Obiit Adalbero episcopus Treverorum magnanimus. Fredericus expedicionem parat in Italiam anno primo sui, Lodovici vero 16.[15]).

---

[1]) Lud. 2 fast immer. — [2]) Balduin. 2 fast immer. — [3]) Jher. 2 fast immer. — [4]) in 1 ausradiertes, schlecht lesbares Wort. — [5]) Dei 2. — [6]) ipsam 2. — [7]) cunt. 1. — [8]) munit. 2. In 2 meist t vor i statt c. — [9]) Maurit. 2. — [10]) c. i. 2. — [11]) fehlt 2. — [12]) Philip. 2 immer. — [13]) Flandiar. 1. — [14]) Elien. 2. — [15]) 16. anno 2.

A. D. 1155. — Anastasius papa 154[1]). [1, 133] Baldevinus rex Jerusalem Ascalonem caput[2]) Palestine post longam obsidionem cepit, set non sine gravi dampno[3]) suorum. Henricus dux Normannie Elinordem[4]), a rege Lodovico repudiatam[5]), duxit in uxorem, et quoniam hoc fecit contra regis voluntatem[6]), magna inter eos simultas[7]) incanduit. Rex vero fines Normannie agressus Vernonem castrum in dedicionem recepit[8]). Interim Henricus dux fortiter in Anglia egit contra regem Stephanum. Tandem convenit inter ipsos, ut [2, 141 b], mortuo rege Stephano, ipse regnaret Henricus.

Bernardus sancte recordacionis, post innumera bona que fecit, beato fine quievit. Walterus Laudunensis episcopus, fundator multarum abbaciarum, Premonstrati sepelitur; cui Walterus decanus eiusdem ecclesie successit in episcopatum.

A. D. 1156. — Rogerus rex Sicilie, princeps utilis et strenuus et actibus clarus, post insignes de Sarracenis triumphos[9]), post occupatas eorum terras obiit, Willelmum non sibi dissimilem filium successorem reliquid[10]). Princeps quidam dominum suum regem Babilonie interfecit, et cum infinita tessaurorum[11]) copia fugiens, a militibus Templi occiditur; et filio eius capto, omnis illa incomparabilis supellex[12]) eorum usibus cessit.

Lodovicus rex Francorum Henricum ducem Normannie[13]) recepit ad pacem. Henricus dux Normannie,

---

[1]) codd. — [2]) capud. 2. — [3]) dapno 1. — [4]) Helienordim 2. — [5]) repudiata 1. — [6]) v. r. 2. — [7]) s. i. e. 2. — [8]) accepit. 2. — [9]) tr. d. S. 2. — [10]) reliquit 2. — [11]) thesaurarorum 2. — [12]) supp. inc. 2. — [13]) Normanniæ 2.

mortuo rege Stephano[1]), regno Anglie potitus est ex integro, et pacem antequam[2]) in regno reformavit et leges avi sui et consuetudines renovavit. Willelmus rex Sicilie, missa stolo, Tamneos[3]) urbem Egipti vastando spoliavit et magnam auri et argenti et preciose vestis copiam inde deduxit; et cum inde reverterentur, stolum imperatoris Grecorum offendunt, et cum essent[4]) de Grecis 140 naves, Siculi numero multo pauciores Grecos vicerunt et spoliantes ceperunt et eis inde infinite diversarum opum copie provenerunt.

Robertus de Bova, zelotipie spiritu succensus, quendam de suis cum muliercula, quam ei consensisse suspicabatur, intra domunculam comburendos[5]) inclusit, et iniecto igne et omni materia consumpta, nichil eis nocuit incendium, set salvos et integros eos propria conservavit innocencia.

A. D. 1157[6]). — Adrianus papa 165. Hic fuit Nicolaus[7]) Albanensis episcopus. In Burgundia[8]) 15. Kal. Februarii ter in una nocte fuit terremotus, quo diversa hedeficia[9]) diversis in locis fuerunt subversa.

Henricus. Hic fuit ex Matilde[10]) filia Henrici regis Anglie, que primo nupserat Henrico imperatori, deinde Galfrido comiti Andegavorum. Hic cepit regnare anno 19. Lodovici regis Francorum, Frederici vero inperatoris[11]) Romanorum anno 4. Ipso anno cepit regnare Willelmus in Sicilia. Imperator Fredericus expedicionem parat in Italiam [1, 133b] Gillelmus[12]). Hic filius regis Rogeri

[1]) St. r. 2. — [2]) fehlt 2. — [3]) Tann. 2. — [4]) esset codd. — [5]) cob. 1. — [6]) A. D. 1157 nach episcopus 2. — [7]) Nich. 2. — [8]) Burgond. 2. — [9]) edificia 2. — [10]) Math. 2. — [11]) imp. 2. — [12]) Guillermus. 2.

anno primo Henrici regis Anglorum cepit regnare, cuius etiam filiam Johannam duxit uxorem, [2, 142] anno 13. Baldevini regis Jerusalem, qui ipso anno Turcos terram intrantes [1]) cicidit.

A. D. 1158. — Rex Francorum Lodovicus uxorem duxit ex Hispania et filias suas, quas ei peperit prima uxor sua Elionordis, maritavit. Quarum primogenitam duxit Henricus comes Campanie, filius Theobaldi quondam comitis Blesensis. Aliam duxit frater eius secundogenitus Theobaldus comes Blesensim [2]). Henricus rex Anglorum ivit saisiare [3]) terram uxoris sue, comitatum immo ducatum Aquitannie; cui multi principum non paruerunt. Quos viriliter bello agressus ad dedicionem coegit et hostium eius castra quedam [4]) subvertit.

In Lumbardia [5]) civis Brissie nomine Gerardus, cum esset vir gnarus consilii et honorabilis [6]) inter suos et per totam Lumbardiam [5]) inter sapientes nominatus, stultum se simulavit et habitu mutato per civitates pueris ludibrio [7]) fuit. Cum vero ab aliquo cive, sive reficiendi gratia sive ut a pueris eriperetur, et domum introduceretur, videns locum et tempus, se ei detexit et ita quos potuit ab imperatoris amore et fidelitate avertit, prestita primo ei caucione iuratoria, ne cuiquam hoc secretum revelarent, nisi primo accepto iuramento, ne secretum proderent. Sicque factum est, ut in modico tempore [8]), scilicet per solius anni spacium, nongenta armatorum milia per eum conspiraverunt.

---

[1]) intarant. 1. — [2]) Blesensis 2. — [3]) saisire 2. — [4]) qu. c. 2. — [5]) Lonb. 2. — [6]) honoralbilis 1. — [7]) l. p. 2. — [8]) tepore 2.

A. D. 1159. — Henricus rex Anglie a rege Lodovico repeciit illam partem Normannie, quam ei pater suus comes Galfridus concesserat, si esset filio suo contra regem Stephanum in ausilium [1]). Quod non fuit. Nam rex Stephanus sororem regis Constanciam filio suo Eustacio comiti Bolonie et Cantebrigie [2]) accepit uxorem. Unde requisitus, ut Henrico ferret succursum, fertur respondisse: »Quo modo proprie mee carni potero deesse?« Rege vero de reddenda terra non adquiessente [3]), orte sunt inter eos discordie graves. Interim nascitur Henrico [4]) filius ex uxore.

A. D. 1160. — Fredericus exegit a Lumbardis [5]), omnia molendina iuris esse imperatoris et in maioribus [6]) urbibus 10 furnos habere bannales, in minoribus vero 5. Pullos nobilium equorum aut inperatoris [7]) cedere iuri aut tribus solidis inperialium [7]) redimi constituere deliberavit.

Massemuti in Italia castrum Puteolis spoliant, quos rex Willelmus per nuncios [8]) suos navibus persecutus est; eos cepit et exterminavit.

Alexander papa 66 [9]). Hic ex Rulando cancellario fit papa Alexander; [2, 142 b] primo quidem ab omnibus electus, set quoniam renuit papatum sibi oblatum [10]) accipere, dum seorsum [11]) ab amicis duriter increparetur, pars quedam cardinalium alium inchatedravit [12]), [1, 134] qui alteratus nomine Victor est appellatus.

---

[1]) aux. 2. — [2]) Kant. 2. — [3]) acquiesc. 2. — [4]) Herico 1. — [5]) Lomb. 2. — [6]) moior. 1. — [7]) imp. 2. — [8]) nonc. 2. — [9]) sic codd. — [10]) obblat. 2. — [11]) se seorsum 2. — [12]) inchatedravit dravit 1.

A. D. 1161. — Inperator[1]) Rome veniens, Victorem confirmat in papatum, agens contra dignitatem apostolicam et consuetudinem ecclesie, que fere per 600 annos consuevit sine imperatoris assensu eligere et ipsos principes benedicere in imperatores, et nisi essent ab universali papa consecrati, imperatores non nominarentur[2]) nec essent. Alexander venit ad Gallias, ducentibus eum Ianuensibus. Victor Rome morabatur, favente sibi, ut dictum est, inperatore[1]) Frederico. Scisma exortum.

A. D. 1162. — Inperator[1]) adversancium sibi castra potenter diruit in Lumbardia[3]).

Henricus rex Anglorum a comite Reimundo Sancti Egidii exegit hominium de Tolosa; dixit spectare ad ducatum Aquitannie[4]). Quod quia comes iamdictus facere noluit, rex, collecto exercitu copioso, ipsam urbem Tolosam obsedit. Suis districte precepit, ne quidquam[5]) ab indigenis per violenciam tollerent, set iusta mercede sibi necessaria[6]) compararent. Rex vero Lodovicus invitatus a comite et a civibus Tolosanis, ut regem Anglie ammoveret[7]) ab obsidione; tandem colloquio inter eos habito, convenit inter ipsos, ut signum regis Anglorum in turri castelli Narbonensis[8]) levaretur, et fidelitas ei fieret, salva tamen fidelitate regis Francorum. Soluta obsidione, rex Francorum ad propria regreditur.

A. D. 1163. — Fredericus, per triennium segetes Mediolanensium[9]) vastavit, et captis munitionibus[10]) quibusdam, eos nimium terrendo artavit. Sanson Remensis[11])

---

[1]) Imp. 2. — [2]) noinarentur 1. — [3]) Lomb. 2. — [4]) Aquitanie 2. — [5]) quicq. 2. — [6]) necces. 1. — [7]) amov. 2. — [8]) Narbonensi 1. — [9]) Mediolanesium s. 1. — [10]) municioibus 1. — [11]) Remesis 1.

episcopus obiit. Henricus rex Anglorum Walenses bello agressus non profecit. In Francia claruit Petrus Lumbardus. Hic Novariensis in divinis et humanis[1]) scripturis nulli sui temporis secundus ecclesiam Parisiensem[2]) rexit et provexit. Hic compilavit psalterium continua glosacione, epistolas Pauli et sentencias, quas in 4 distinxit[3]) libris; que opuscula a cunctis[4]) in theologia studentibus habentur in gloria, ita ut, postpositis omnibus glosaturis, hec sola legatur.

A. D. 1164. — Mediolanum capitur. Inperator apud civitatem Laudis, que ei favebat, existens[5]), Mediolanensibus [2, 143] per marchiones et comites sue partis mandavit, ut de pace locuturi, Laudi convenirent. Ipsis vero de prodicione metuentibus, iuraverunt qui missi fuerant, in animam imperatoris et suam, quod, si pax non fieret, eos sine omni detrimento[6]) et periculo suis restituerent parentibus et amicis. Imperator, oblito Dei timore, eos ad se venientes cepit et custodie mancipavit[7]). Illi vero, quia res eis erat pro vita, Mediolanum ei reddiderunt. Qui urbem illam nobilem, turribus et muris eius destructis, solo equavit et in [1, 134 b] quatuor burgis divisit, ne de cetero possent repugnare, et ut ceteri eorum exemplo terrerentur.

A. D. 1165. — Tomas[8]) postmodum gloriosus Cantuarie archiepiscopus de familia unius baronis vocatur ad obsequium palacii Henrici regis Anglorum, qui in brevi eum archidiaconatus honore[9]) sublimavit. Evangeli[10]) reges

---

1) hunis 1. — 2) Pariens. 2. — 3) distix. 1. — 4) cuntis 1. — 5) existentes. 2. — 6) detrimeto. 1. — 7) mac. 1. — 8) Th. 2. — 9) nach h. eum 1 Rasur. — 10) Ewangelici 2.

a Mediolano transferuntur Colonie dono inperatoris [1]) per Reinaldum eorum reverendum [2]) archiepiscopum.

Ipso anno in octavis assumptionis [3]) beate matris Domini nascitur Philippus rex Francorum gloriosus, quem miri actus eius et strenuitates innumere celebrem reddiderunt per orbem. Cuius mater Ala filia fuit magni comitis Theobaldi [4]), fratres vero eius Henricus comes Campaniensis [5]), Theobaldus Blesensis, Stephanus Sansorensis, Willelmus archiepiscopus Remensis. Sorores quoque eius fuerunt dictorum comitum Henrici et Theobaldi uxores, et he fuerunt filie regine Anglie. Alie due sorores eius, filie regine de Hispania, date sunt Henrico regi Anglie, ut eas duobus filiis suis iungeret uxores. Una vero uterina soror missa est Constantinopolim [6]), iuncta Alexi filio Manuelis imperatoris Grecorum.

A. D. 1166. — Karolus Magnus Aquisgrani levatur et canonizatur.

Alexander papa Turonis, presentibus rege Francorum et rege Anglorum et tocius Gallie episcopis, concilium celebravit et Victorem antipapam excuminicavit [7]), qui infra eundem mensem apud Lucam Tuscie urbem mortuus, in eccelsia cathedrali [8]) ante vultum Dominicum, qui ibi habetur, honorificam habet sepulturam. Hic ad nudum cilicium portavit, vir humilis et magne parsimonie et alias laudabilis vite, nisi scismatis argueretur. Successit ei episcopus Lucensis, quem Paschalem vocaverunt.

Teodericus [9]) comes Flandrensis moritur. Philippum filium habuit successorem, potentem et strenuum, cuius

---

[1]) imp. 2. — [2]) revered. 1. — [3]) assupc. 1. — [4]) c. Th. m. 2. [5]) Campanie c. 2. — [6]) Constatinopoli 1. — [7]) excomm. 2. — [8]) cathedali 1. — [9]) Th. 2.

potenciam auxit terra comitis Radulfi Viremandorum[1]), quam[2]) [2, 143b] assecutus est per uxorem suam, filiam dicti comitis Radulfi. Hic Radulfus[3]) aut dolo aut vi omnes vicinos suos exheredaverat. Nam Cauniacum[4]) abstulit dominis de Cuceio[5]), Ambianis[6]) illis de Bova, Peronam illis qui[7]) cognominantur[8]) Maufreis[9]), Ribodimontem illis de Sancto-Oberto, Montem-Iderii cuidam vidue. Pro Aties[10]) et terra illi adiacenti duxit quandam viduam, quam incarceravit et repudiavit.

A. D. 1167. — Tomas[11]) archidiaconus fit Henrici regis cancellarius, et eius exercitum duxit in hostes domini sui, et multas probitates fecit, vir largus et munificus. Matheus, frater Philippi comitis Flandrensis[12]), duxit filiam Stephani quondam regis Anglorum [1, 135], que fuerat sanctimonialis[13]) et abbatissa, et per eam fit comes Bolonie; qui comitatum exaltavit non modicum.

A. D. 1168. — Mediolanenses, qui iam burgis ab imperatore factis relictis, se infra loca sua receperant[14]), imperatoris adventum non expavescebant. Sed imperator ad consueta sibi malicie arma confugit, segetes et arbores fructiferas[15]), succensis[16]) suburbiis et eorum casallis[17]), singulis annis conburebat, ut sic eos cogeret ad dedicionem.

Henricus rex Anglorum tirannizans, personas ecclesiasticas suis legibus regi et iudicari voluit. Unde Tomas[11]) beatus, zelo domus Dei accensus, murum pro Israel se

---

[1]) Virom. 2. — [2]) qn̄a 2. — [3]) Radulfu' 1. — [4]) Chaun. 2. — [5]) Buc. 2. — [6]) Anb. 2. — [7]) fehlt 2. — [8]) cognoiant. 1. — [9]) Mauroi. 2. — [10]) Ath. 2. — [11]) Th. 2. — [12]) Flad. 1. — [13]) sanctam. 1. — [14]) se rec. codd. — [15]) frucif. 1. — [16]) sucens. 1. — [17]) casil. 2.

preponens[1]), iram regis Anglie incurrit. Exulat in Francia sanctitate gloriosus.

A. D. 1169. — Imperator Fredericus contra Mediolanenses veniens, ceso eius exercitu, vincitur[2]) ignominiose. Mediolanenses et aliarum urbium cives illius partis infinitam Alemannorum copiam ceperunt et abduxerunt, ita ut tederet Lonbardos tot cathenas[3]) invenire, que tot incathenandis[4]) sufficerent. Bricenses autem, qui[5]) militem imperatori simillimum inter suos captivos ceperant, ceteris urbibus nuncios direxerunt, affirmantes se imperatorem habere. Videres Lunbardos[6]) certatim Brixie[7]) avolare, et viso imperatore sophistico, gaudiis diffluere. Letantur urbes confederationis Mediolanice. Econtra meste fiunt et dolore confunduntur urbes eis contrarie[8]). Hec sunt nomina urbium, que Mediolano coniuraverant: Placentia, Vercellis, Verona, Brixia[9]), Bergamum, Mantua, Palmis, Novaria, Tardona. Nomina vero illarum urbium, que pro imperatore erant contra prescriptas civitates, sunt hec: Papia, que dicta fuit Ticinea[10]), urbs deliciarum [2, 144], Cremona maxima aliarum, Cuma, Laudis. Ipso anno Lunbardi[6]) de 4 burgis, qui fuerant sub marchione Montis-ferrati confluxerunt ad villam que Ruverei[11]) dicitur, super Albam fluvium, construentes ibidem civitatem novam, quam de nomine Alexandri pape tercii Alexandriam vocaverunt, credentes, quod ipso eis patrocinante vel ibidem chatedralem ecclesiam et episcopalem posse habere vel sedem episcopalem ab urbe Aquensi illuc transferri

---

1) opp. 2. — 2) vic. 1. — 3) chat. 1. — 4) inchat. 1. — 5) fehlt codd. — 6) Lonb. 2. — 7) Brisxie 1. — 8) u. e. c. fehlt 2. — 9) Brixa 1. — 10) lTicinea 2. — 11) Rouveroi 2.

iuberet. Cives vero Nove Alexandrie Mediolano et aliis urbibus sue partis coniuraverunt [1]). Ille [2]) autem, que cum Papia cum inperatore aliis urbibus adversabantur, predictam novam civitatem Alexandriam derisorie [3]) eam civitatem de Palea vocaverunt, forte quia non erant ei domus murate, sed nec muri neque palifixum vel fossata vel municiones alique lapidee, latericie [4]) sive lignee [1, 135b].

Apud Jerosolimam. Baldevinus rex Jerusalem, instigante magistro hospitalis, parat intrare Egiptum contra pactum, quod fecerat cum Suardo [5]) rege Egipti, qui annua tributa 15000 numismata [6]) auri ei solvebat. Displicuit autem hoc propositum regis omnibus principibus transmarinis necnon et ipsi regi. Prevaluit tandem inportunitas magistri Hospitalis, multa regi promittentis. Quod cum cognovisset rex Egipti, timore pariter et dolore correptus [7]), mandavit regi Baldevino, ut ab hoc inutili proposito desisteret et ipse tributum annuum [8]) dupplicaret. Rege vero non adquiescente et exercitum parante, Suardus [9]) Norehadini [10]) regis Damasci et Sirie efflagitat [11]) auxilium; qui misit ei principem milicie sue Salahadinum, virum armis strenuum et in rebus bellicis satis expertem. Hic igitur sponsione tributi, quod regi Jerosolimitano reddebatur, venit illectus. Die vero conducto pugnatum est inter christianos et paganos nimis atrociter, multis hinc inde cede cadentibus; ubi licet nostri victoria sint potiti, tamen in tantum sunt viribus et numero suorum

---

[1]) C. a. N. A. noch einmal geschrieben, aber ausgestrichen 2. — [2]) illa (a korr. e) 1; ille a. qui 2. — [3]) derisiorie korr. derisorie 2. — [4]) latericee 2. — [5]) Suarde korr. Suardo 1. — [6]) nummis. 2. — [7]) correctus 2. — [8]) a. tr. 2. — [9]) Suhard. 2. — [10]) Noradini 2. — [11]) efl. 1.

attenuati, quod eis ulterius procedere erat inpossibile et omnino inutile. Sicque rex Baldevinus rediit in sua. Salahadinus vero videns Egiptum ubertate glebe et aeris temperie et omnium deliciarum [1]) affluencia omnia mundi regna incomparabiliter anteire, necnon et incolarum eius inerciam, qui velud effeminati bello inabiles [2]) habentur, cum cognovisset, regi eorum inerti [3]) paravit insidias, et tandem nactus oportunitatem [4]), ipsum regem Suardum [5]) cum multis suorum peremit et regnum ocupavit [6]). Salahadinus, cunctis [7]) forcioribus locis amicis suis necessariis munitis [8]), diadema regni non sibi innexuit, [2, 144 b] set domino suo cum omnibus spoliis regni reportavit. Dominus vero eius Egiptum ab eo tenendam ei quoad viveret concessit et post eius obitum, si supervixisset, sine alterius iugo liberam esse sanxivit [9]). Salahadinus [10]) vero tantam domini sui Noradini assecutus est gratiam, quod moriens testamento ordinaret, ut filiorum suorum tutor et proprie coniugis efficeretur maritus. Sicque duorum regnorum, Sirie scilicet et Egipti, monarchiam obtinuit, sola morum civilitate eum ad tam insignia honorum fastigia sublimante.

Lumbardi [11]), per insolentias imperatoris Frederici tedio et angore fatigati, Manueli Grecorum imperatori submittere eorum regnum deliberaverunt. Qui, eorum nunciis ex diversis urbibus Lumbardorum [11]) ad hoc peragendum directis [1, 136] cum ingenti gaudio susceptis et inperatorie [12]) muneratis, mandavit, quod si id ad effectum per-

[1]) dil. 1. — [2]) inhab. 2. — [3]) inherti 1. — [4]) opotun. 1. — [5]) Suh. 2. — [6]) occup. 2. — [7]) cunt. 1. — [8]) fehlt 1. — [9]) sanxc. 1. — [10]) Salad. 1. — [11]) Lon. 2. — [12]) imp. 2.

ducerent, quod omnia eorum mobilia dupplicaret. Habito super his Lombardi[1]) cum papa Alexandro[2]) consilio[3]), retraxerunt se ab Manuelis Grecorum fidelitate, eo quod Greci sint pusillanimitate notati et semper animi levitate infideles inventi. Interim imperator, collecto ex omni Germania robore armatorum, iterato Mediolanenses radicitus destruere affectans, eos circa castrum, cui nomen Creme[4]) tentoria fixisse audivit. Tunc adveniens imperator ipsos cingxit[5]) exercitu copioso et per interpretem ait ad eos: »Esne tu Mediolanum quod video?« Et unus pro[6]) omnibus respondit: »Sum utique«. Tunc inperator[7]): »Quomodo putas ad domum tuam reverti?« Et respondit: »Per medium tui et exercitus tui mihi viam sternam, si alias viam non habuero«. Tunc inperator[7]) ad consilium marchionum, comitum et aliorum Italie principum recessit, Mediolanenses, accepta a castrensibus securitate, in sua redierunt.

Currente adhuc anno gracie[8]) 1169, ipsius Frederici anno 17., Lodovici vero regis Francorum 33., Henricus rex Anglorum, illectus promissione regni Lumbardorum[9]), inter filios fecit regni sui et aliarum provinciarum suarum distribucionem. Henricum vero primogenitum provexit in regnum, addens ei ducatum Normannie cum comitatu[10]) Andegavensi necnon et Cenomanensi[11]). Richardo dedit ducatum Aquitannie[12]) terram scilicet sue matris Elianordis[13]). Galfrido accepit uxorem filiam comitis Minoris

---

[1]) Lon. 2. — [2]) Alexando 1. — [3]) cons. c. p. A. 2. — [4]) Creime 2. — [5]) cinxit 2. — [6]) per 1. — [7]) imp. 2. — [8]) Dom. 2. — [9]) Lon. 2. — [10]) cumit. 1. — [11]) Cenomann. 2. — [12]) Aquitanie 2. — [13]) Elien. 2.

Britannie cum ipso comitatu et comitatu Richemundie [1]), qui est in Anglia. Filias vero suas iam maritis eas poscentibus transmiserat. Quarum unam accepit [2, 145] dux Saxonie Henricus. Alia nubsit [2]) Alfunso [3]) regi Castellano in Hispania. Terciam sibi iunxit [4]) matrimonio Willelmus rex Sicilie; quo sine liberis mortuo, iunxit eam frater suus Ricardus [5]), tunc rex Anglie, Reimundo comiti Egidiensi. Rebus igitur sic se habentibus et terra inter filios partita, nascitur iterum ei ex uxore sua Elianorde [6]) filius, quem, quia circa festum beati Johannis natus fuit, Johannem eum apellaverunt [7]). Quia vero natus est postquam pater suus terras inter fratres dividerat, Johannem Sine-Terra eundem agnominaverunt. Anno siquidem eodem adhuc [8]) currente, scilicet [8]) anno gracie [9]) 1169, Henricus in pentecosten [10]) filium suum Henricum per Rogerum Eboracensem archiepiscopum fecit consecrari in regem. Que res, quia papa inconsulto et etiam Cantuariensi archiepiscopo super his non requisito, [1, 136 b] in sua provincia Londoniis scilicet fuerat consecratus, agravata [11]) est excuminicacionis [12]) sentencia per regnum et per totum dominium regis Anglorum.

A. gracie [13]) **1170.** — Henricus rex [14]) Anglie nuncios Manuelis imperatoris Grecorum miro suorum favore [15]) suscipiens et per civitates et castella eos deducens, quasi gloriam et opum suarum habundantiam [16]) eis [17]) ostensurus, ducibus et comitibus ceterisque principibus tam secularis

---

[1]) Richemond. 2. — [2]) nups. 2. — [3]) Alfonso 2. — [4]) iuxit 1, iunxit s. 2. — [5]) Rich. 2. — [6]) Elien. 2. — [7]) appell. 2. — [8]) fehlt 2. — [9]) Dom. 2. — [10]) penthec. 2. — [11]) aggrav. 2. — [12]) excomminicat. 2. — [13]) in 2 stets A. Domini. — [14]) fehlt 1. — [15]) f. s. 2. — [16]) habundac. 1. — [17]) fehlt 2.

dignitatis quam ecclesiastici ordinis, ut apud Andegavem convenirent, mandavit. Quibus secundum edictum congregatis, voluntatem domini sui inperatoris[1]) regi et suis aperierunt. Mandaverat enim imperator regi ut filium suum, cui nullam partem hereditatis inter fratres suos assignaverat[2]), ei mittere maturaret; cui filiam suam, quam[3]) unicam habebat, maritaret cum honore inperii[4]), salva tamen maiestate imperatoris, dum viveret. Rege inducias eis 15 dierum assignante, et ecce nuncii comitis Amedei de Savoya[5]) advenientes rogaverunt regem, ut dignaretur domino suo comiti iam dicto occurrere ad eum festinanti. Rex vero eorum peticioni satisfaciens, comitem apud Lemovecas[6]) letus suscepit advenientem. Tunc comes obtulit regi ad opus filii sui unicam filiam, quam habuit. Consuluit rex principes suos super matrimonio[7]) filii sui. Illi vero unanimes partem[8]) Grecorum attollunt; quibus rex amicabiliter gratias egit, quod scilicet[9]) honorem suum diligerent, et ait: »Si filium, inquid, meum imperatori transmisero, fratribus suis, si opus fuerit, adesse in necessitatibus[10]) non poterit vel ipsi ausilio[11]) indigenti a fratribus qualiter subvenietur? Comiti assentio[12]): filiam suam filio meo uxorem accipio. Nobilis quidem[13]) est, licet pauper. Ex terra enim sua posset, qui strenuus esset, Italiam et Burgundiam universam iusticiare, cum non pateat ingressus vel egressus ad [2, 145b) utrasque nisi per eam.« Tunc maxima pars eorum qui hec audierant intellexit, quod rex ad regnum adspiraret[14]) Lumbardorum[15]).

[1]) imp. 2. — [2]) filium ... assignaverat. fehlt 2. — [3]) fehlt 2. — [4]) imp. 2. — [5]) Saxonia 2. — [6]) Lemoic. 1. — [7]) matrimoio 1. — [8]) partes 2. — [9]) sc. q. 2. — [10]) neccess. 1. — [11]) aux. 2. — [12]) assensio 1. — [13]) quidam 1. — [14]) aspir. 2. — [15]) Lonb. 2.

Licenciantur Greci magnifice munerati. Comes, completa cum rege ebdomada, acceptis 6000 marcharum argenti, prestito super sancta sacramento se de cetero uxorem non accepturum, reversus est ad sua, filiam suam regi missurus, et in qualibet patria sub eo constituta castrum munitum nunciis regis Anglie assignaturum; quod totum fideliter de castris complevit, de uxore vero non accipienda religionem iuramenti transgressus est. Nam filiam comitis Gerardi de Mascun[1]) accepit uxorem, de qua genuit Tomam[2]), qui ei in comitatu successit. Sciendum, quod[3]) comes Gerardus eundem comitem Savoie cepit, dum guerram secum haberent; unde pro redemptione[4]) sua in 6000 marcis ei tenebatur. Ille vero elegit periurium incurrere et, propria fama neglecta[5]), pactum transgredi pocius, quam illam solvere pecunie summam [1,137; 2,146][6]).

A. g. 1171. — Anno vero Lodovici regis Francorum 30., interveniente eodem pio rege Lodovico, permissus est gloriosus Cantuariorum pontifex Thomas redire ad sua. Cuius reditus universum regnum Anglicanum replevit leticia. Anno eque ipsius regis Anglorum Henrici 11., gloriosus pontifex diu exilio maceratus[7]) tandem, ostensis sibi multis divini amoris indiciis, solemnia dominice nativitatis[8]) in propria celebravit ecclesia. Fuit enim idem vir Dei frater diligencium Deum, particeps timencium eum, forma iusticie, sanctimonie speculum, pietatis exemplar, assertor veritatis, fidei defensor, doctor populorum, Cristianorum dux, amicus sponsi, sponse paranimphus, cleri ordinator,

[1]) Mascons 2. — [2]) Th. 2. — [3]) fehlt 1. — [4]) redemc. 1. — [5]) neclega 1. — [6]) in 2 über eine halbe Seite leer. — [7]) macererat. 2. — [8]) natav. 2.

plebium pastor, magister insipiencium, refugium oppressorum, pauperum advocatus, miserorum spes, tutor pupillorum[1]), iudex viduarum, occulus cecorum, lingua mutorum, baculus[2]) senum, ultor scelerum, malorum metus, bonorum gloria, virga potentum, malleus tirannorum, principum pater, legum moderator, canonum dispensator, sal terre, orbis lumen, sacerdos Altissimi, vicarius Christi, cristus Domini, postremo deus Pharaonis: Hec sunt Christi athlete Tome arma forcia, arma victricia, quibus, trihumphatis[3]) hostibus, sibi regnum adquisivit sine fine mansurum. Set cur frustra conor? Deseret me secundum apostolum tempus narrantem[4]), antequam de eius constantia, tranquillitate et tollerancia, equanimitate et paciencia digne quid valeam enarrare. Et ut paucis multa concludam: eius martirii causa fuit Christi ecclesia. Unde eius mortem preciosam fecit causa iusta, inmo[5]) vita sancta, inmo[5]) causa pariter cum vita. Pro sola causa fuit preciosa, preciosior per vitam, preciosissima pro causa pariter et vita. Et ita pervenit ad palmam martirii, ut de ipso dicat ecclesia: »*Iste sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad m. et a. u. i. n̄. t.* et cetera[6])«, et iterum: »*Hic est qui iussa principum non timuit*[7]) et cet«. Annus 1171., cum primas corruit ense Tomas[8]).

A. g. 1172. — Baldwinus comes Hanonie obiit. Huius Baldewini filius Baldewinus iunior duxit Margaretam, filiam Theoderici comitis Flandriarum superiori anno

---

[1]) pupil. 2. — [2]) baculu' 2. — [3]) trihuphatis 1. — [4]) narrat. 1. [5]) codd. — [6]) Dei . . . cetera fehlt 2. — [7]) principum . . timuit fehlt 2. — [8]) Th. 2.

defuncti[1]); cuius Margarete fratres fuerunt Philippus comes Flandrie, Matheus comes Bolonie, Petrus Cameracensis[2]) electus, postea comes[3]) Nivernensis et Autisiodorensis[4]) [1, 137 b].

A. g. 1173. — Lodovicus rex Francorum, qui iam pridem clericos[3]) seculares ab ecclesia Conpendiensi amotos [2, 146 b] monachos ibidem substitui[5]) fecerat, a papa Alexandro impetravit, ut huius acti[6]) autoritatem stabilitatis preberet, ut per evum inconcussum maneret. Nobiles vero quique ob parentele sue dignitatem in prefata ecclesia prebendas fuerant assecuti, quas per vicarios vix deservire curaverunt. Sepe vero, cum regem adesse contingebat ad horas[7]) canonicas, campanis festum agentibus, pulsabatur[8]); set qui ad matutinos surgeret vel ad alias horas conveniret[9]), non inveniebatur. Unde rex motus, ipsis canonicis de medio factis, monachos, quia ad eius donacionem prepende spectabant, ibi esse maluit. Per idem tempus comes Henricus de Campania aput Trecas civitatem suam constructam[10]) ad honorem prothomartiris Stephani capellam prebendis 60 excellentissime[11]) insignivit[12]), quas secularibus clericis assignavit. Unde hoc facto regi contrarius fuit. Rex vero die quadam[13]) comitis nactus presenciam eundem increpavit, dicens: »Vere, o comes, delirare convinceris, qui de patrimonio heredum tuorum delicatos clericos ditare laboras«. Ad quem fertur comitem tale dedisse responsum: »Certissime sciat dominus rex, quod non est amencie vicinum talibus ministris

---

[1]) defucti 1. — [2]) Cameracesis 1. — [3]) fehlt 2. — [4]) Austissioder. 1. — [5]) substituit 2. — [6]) facti korr. acti 1, facti 2. — [7]) oras 1. — [8]) pussabant. 2. — [9]) convenire 1. — [10]) construtam 2. [11]) excellenticime 2, excellet. 1. — [12]) insignuit 2. — [13]) quod. 2.

ecclesiastica bona assignare, quorum singuli etiam quantumlibet prodigus, quantumlibet aleator vel dissipator, si ad hoc laboraret, non posset non nisi sibi ipsi obesse. Set magne demencie mercimonium esse convincitur[1]) talibus res sua assignare, quorum is[2]), qui aliis preest, abbas scilicet vel prepositus, aliis etiam invitis et inconsultis, omnes mendicare compellet.« Laudatur comes Henricus prudenter respondisse.

Anno eodem adhuc durante, Willelmus insignis comes Nivernorum et Autissiodori post plurimos de hostibus claros triumphos de se ipso triumpho potiri affectans, spretis cuntis[3]) mundi honoribus, expedite religionem peciit Cartrusiorum[4]); ubi tante humilitatis et paciencie[5]) fuit exemplo, ut ab aliis Iob appellari mereretur. Is[6]) a priore donum sibi concedi rogavit. Qui arbitratus est eundem ordinis iugo gravari, iussit, ut quo vellet et cum quibus vellet, pergeret spaciatum. Ad quem comes: »Tale quid non quero, set mihi concede, quod postulo.« Cui cum ei a priore esset concessum, ait: »Caprarum nostrarum, inquid, custos[7]) fieri volo.« Tristatur prior, tristantur fratres alii, qui rapacitatem lupurum et aliarum bestiarum silvaticarum noverunt, timentes de comite, ne ei fierent in ruinam. Comite sicquidem caprarum gregem custodiente, accidit duos [1, 138] de fratribus laycis[8]) ad mungendas accelerare[9]), quorum unus inventum mulgarium versus caprarum caulas deferrebat; alter vero precurrens festinus mulgarium [2, 147] a manibus eius nisus est extorquere, asserens suum esse. Cui ille: »Per Deum,

---

[1]) cōn. 1. — [2]) his 1, hiis 2. — [3]) fehlt 2. — [4]) Carthus 2. — [5]) patie 2. — [6]) his 1, hic 2. — [7]) costos 1. — [8]) laic. 2. — [9]) adc. 2.

set[1]) tu mentiris, quia meum est vas.« Illis in hunc modum litigantibus, comes cepit mestus esse et amarissime flere. Prior autem cum[2]) aliis adveniens cepit consolari plangentem et ait ad eum: »Bene, inquid[3]), predixi, animalia ista perversa esse ad custodiendum.« Cui respondit: »De animalibus mihi cura inest modica. Ego vero unum de fratribus meis mortuum doleo.« Tunc scicitanti priori, quomodo murtuum, ait: »Numquid dicere solebatis, quod *os quod mentitur* et cet.? Que res si vera est, unus illorum duorum fratrum mortuus est et animam suam occidit«. Sicque eiulans dolebat, per plures dies noluit recipere consolacionem.

Currente adhuc anno eodem, scilicet[4]) 1173. dominice incarnacionis, fuit apud Lugdunum Gallie civis quidam Valdesius nomine, qui per[5]) iniquitatem fenoris multas sibi pecunias coacervaverat. Is[6]) quadam die Dominica cum declinasset ad turbam, quam ante ioculatorem viderat congregatam[7]), ex verbis ipsius conpungtus[8]) fuit, et eum[9]) ad domum suam deducens, intente cum audire curavit. Fuit enim locus narracionis eius, qualiter beatus Alexis in domo patris sui beato fine quievit. Facto mane, civis memoratus ad scolas theologie consilium anime sue quesiturus properavit; et de multis modis eundi ad Deum edoctus[10]), quesivit a magistro[11]), que via aliis[12]) omnibus cercior[13]) esset atque perfeccior. Cui magister Dominicam[14]) sentenciam proposuit: *Si vis esse perfectus, vade*

---

[1]) si 2. — [2]) com 2. — [3]) inquit 2. — [4]) Currente . . . scilicet fehlt 2, A. D. 2. — [5]) fehlt 2. — [6]) His codd. — [7]) cogr. 1. — [8]) conpugt. 1, conpongt. 2. — [9]) eō 2. — [10]) edocct. 2. — [11]) magestro 2. — [12]) alliis korr. aliis 2. — [13]) crecior korr. cercior 2. — [14]) Dominica 2.

et vende omnia, que abes etc. Et ad uxorem veniens, dedit ei opcionem, ut sibi mobilia vel immobilia omnium que habebat, in terris scilicet et aquis, nemoribus et pratis, in domibus, reditibus[1]), vineis necnon in molendinis et furnis eligeret retinendum. Que, licet multum contristata[2]), quia id facere oportuit, inmobilibus[3]) hesit. Ille vero de mobilibus his, a quibus iniuste habuerat, reddidit, magnam[4]) vero partem pecunie sue duabus parvulis filiabus contulit, quas, matre earum ignorante, ordini Fontis-Evrardi mancipavit; maximam vero partem in usus pauperum expendit. Fames enim permaxima tunc grassabatur per omnem Galliam atque Germaniam. Valdesius vero civis memoratus per tres dies in ebdomada a pentecosten usque ad vincula sancti Petri cuntis ad eum venientibus panem et pulmentum cum carnibus largiebatur. In assumpcione beate[5]) virginis quandam summam pecunie per vicos inter pauperes[6]) spargens, clamabat dicens: »*Nemo potest duobus dominis servire, Deo et mammone*«[7]). Tunc accurrentes cives arbitrati sunt, eum sensum perdidisse. Et ascendens in loco eminenciori, ait: »O cives et amici mei! non enim insanio, sicut[8]) vos putatis, sed ultus sum de his hostibus meis, [2, 147 b] qui me sibi fecerunt servum, ut semper [1, 138 b] plus essem sollicitus de nummo quam de Deo, et plus serviebam[9]) creature quam Creatori. Scio, quod me reprehendent plurimi, quod hoc in manifesto feci. Sed[10]) propter me ipsum et propter vos hoc egi: propter me, ut dicant, qui me viderint possi-

---

[1]) redd. korr. redit. 2. — [2]) constrist. 2. — [3]) inmolibus 1. — [4]) magna 2. — [5]) bāc̄. 2. — [6]) pauperēs 1. — [7]) M 1. 2. — [8]) suc̄ 1, sic' 2. — [9]) servab. korr. servieb. 2. — [10]) set 2.

dere deinceps pecuniam, me amentem esse; set et propter vos hoc feci in parte, ut discatis in Deum spem ponere et non in diviciis sperare«. Sequenti vero die rediens de ecclesia, a quodam cive, quondam socio suo, peciit dare sibi ad manducandum pro Deo. Ille ad hospicium eum deducens, ait: »Ego quoad vixero concedo vobis necessaria«. Que res cum pervenisset ad noticiam uxoris eius, non mediocriter contristata, sed[1]) velud amens effecta, ad archiepiscopum urbis cucurrit, et conquesta, quod scilicet vir eius panem ab alio quam ea mendicasset. Que res omnes qui aderant cum ipso presule commovit ad lacrimas. Tunc ex precepto presulis burgensis hospitem suum secum ad presulis presentiam duxit. At mulier arripiens virum suum per pannos, ait: »Numquid melius est, o[2]) homo, ut ego in te peccata mea helemosinis redimam, quam extranei?« Et extunc non licuit ei ex precepto archiepiscopi in ipsa urbe cum aliis cibum sumere quam cum uxore.

A. g. 1174. — Henricus iunior rex Anglie, cum fratribus suis Ricardo et Galfrido a patre Henrico aversus, ope Lodovici regis Francorum[3]) magnas in Anglia et Normania suscitat calamitates. Penituit[4]) pater terras suas inter filios divisisse, eo quod non erat ei ulterius spes ad regnum Lumbardorum. Egitque, ut in municionibus urbium et castellorum tocius terre sue, exclusis filiorum custodibus, de fidelibus suis custodes in eis haberentur. Rex Francorum Lodovicus Rothomagum obsedit, nec tamen cepit. Similiter obsedit Vernoil. Comes vero Philippus Flandrie[5]) cum suis Novum Castrum de

[1]) set 2. — [2]) fehlt 2. — [3]) Anglorum codd. — [4]) Wort ausradiert 2. — [5]) Flad. 1.

Driencurt cingxit obsidione, ubi frater suus, inclitus comes Matheus[1]) de Bolonia, sagitta percussus[2]) occubuit; cuius funus, a suis ad abbaciam sancti Jodoci[3]) delatum famosam ibidem habet sepulturam. In Anglia etiam comes Hugo Bigoth[4]), collecta multitudine Brabancionum atque Flandrensium[5]), castella aliqua cepit et civitatem Norvicensem, civibus in fugam versis, cepit. Unde spolia nimis magna[6]) tulit. Willelmus vero rex Scotorum magnas molestias ultra Humbrum et citra paravit Henrico seniori regi Anglorum. Cuius frater comes Davit, vir armis strenuus, castrum Huntedunense munierat, per[7]) quod comitatum Cantebrigie et comitatum Bedefordie[8]) cum adiacentibus terris [2, 148] cede, flamma atque rapinis frequentibus vastavit. Britonum principes, partes Andegavorum et Cenomannorum infestantes [1, 139], etiam quandam partem Normannie ferro et flamma[9]) destruxerunt. Quibus rex cum rutariis occurit, et multis eorum occisis, Dol castro subverso, quamplures proceres Britonum cepit, quorum castra subvertit. Flandrenses et Brabanciones, quos superius diximus[10]) a comite Hugone Bigoth Angliam introductos, qui etiam urbem Norvicensem ceperunt, terram sancti Eadmundi[11]) intrantes, ab obviis sibi indigenis cum Cantebrigiensibus[12]) intercepti, aut ibi fuerunt trucidati, aut capti penis crudelioribus reservati. Interim principibus Francie pecunia senioris Henrici regis Anglorum corruptis, filii regis Anglie se reddiderunt paterne paci, et facta est inter regem Lodo-

[1]) Matheu' 2. — [2]) percusus 2. — [3]) Jud. 2. — [4]) rot am Rande 2. — [5]) Frandr. 1. — [6]) cepit vel t. 2. — [7]) per per 2. — [8]) Bedefrodie 2. — [9]) flanna 1. — [10]) d. ceperunt ausgestrichen 2. [11]) Aeadm. 2. — [12]) Canthebriensibus 2.

vicum et regem Anglorum qualiscumque reconciliacio ficta pocius quam vera, utilis tamen et necessaria [1].

A. g. 1175. — Jacobus dominus de Avennis [2]) Robertum quondam prepositum ecclesie Ariensi, tunc [3]) Cameracensis electus, per satellites suos interfecit iuxa Velencenas apud Condei [4]). Hic de Carnoto de humili gente natus, familiaritatem et amorem comitis Philippi Flandriarum eo fuerat adeptus, quod sororem [5]) comitis de custodia comitis de Savoia, mariti sui, sua industria eripuit et eam comiti Flandriarum, fratri suo, restituit. Hic dum aliquando [6]) ab Henrico Remensi archiepiscopo pro Jacobo de Avennis dure increparetur, quod esset de infima gente, eum agrestem et villanum appellando, fertur sic respondisse: »Non minoris, inquid, nobilitatis vel potencie fuerunt in archa Noe parentes mei [7]) quam tui«. Hunc quidam nigromancia arguerunt, forte quia, cum esset de infima gente et literatura [8]) tenui, ad tantos eum fortuna provexit honores. Hunc cum post eleccionem suam comes Flandriarum ad regis curiam delegasset, et eundem rex ad prandendum cum eo invitasset, et ipso rege ei manicam, cum manus ablueret, tenente, cepit morosius abluere. Tunc [9]) cuidam monenti festinare [10]), eo quod ei rex ministraret, respondit: »Non est properandum, inquid, set in tali honore est diucius inmorandum. Tu vero qui murmuras, sine tali regis obsequio vitam poteris terminare.«

Anno eodem adhuc manente, anno scilicet gracie [11]) 1175. De Willelmo archiepiscopo. Willelmus Senonensis

---

[1]) utilis . . . necessaria fehlt 2. — [2]) Avernis 2. — [3]) tūnc 1. — [4]) iuxa . . . Condei fehlt 2. — [5]) sorerem 1. — [6]) fehlt 2. — [7]) patres m. in a. N. 2. — [8]) litt. 2. — [9]) Hunc 2. — [10]) feffinare 2. — [11]) cod . . . gr. fehlt, Dom. 2.

archiepiscopus a clericis Remensibus postulatur. Hic fuit frater comitis Henrici Campaniensis [1]) et comitis Theobaldi Blesensis et Stephani Sansorensis. Sorores vero eius fuerunt Ala Francorum regina et comitissa de Pertico et comitissa de Darito-Ducis [2]) [2, 148 b]. Hic mortuo Henrico Lodovici regis germano, qui per annos 12 [3]) Remensem ecclesiam palaciis, turribus et aliis municionibus insignissime illustravit, regendam, papa Alexandro [4]) assenciente, suscepit [1, 139 b].

Fredericus inperator instinctu Willelmi marchionis [5]) Montisferrati ossidione septem mensium Alexandriam civitatem de Palea vallavit, nec tamen cepit. Que civitas licet murorum, palefixi et angeris careret munimine, tamen civibus bellatoribus aliarum urbium ita extitit munita, quod imperatori via non pateret ad eam capiendam vel alio modo destruendam. Deficiente sale in civitate [6]), ita ut putaretur in proximo capienda, Lumbardi nocte quadam navem sale onustam aducentes, concives suos a salis inedia liberaverunt. Magno vero porcorum grege undique collecto pro exercitu imperatoris, cives per purcellum, quem clamare fecerunt, dissipato, ad duo milia et 30 sunt adepti. Nam ad clamorem purcelli totus grex natando [7]) currendo festinavit, et nisi aliquos ex eis imperatoris exercitus occidisset, omnes simul perdidissent.

A. g. 1176. — Philippus illustris comes Flandrensis, coadunato exercitu copioso, castrum Guisiense in ulcionem Roberti prepositi Arie, post Cameracensis electi, obsedit, cepit et funditus subvertit. Cameraco, Roberto mortuo,

---

[1]) Canp. 2. — [2]) schlecht lesbar 1, Darrato-Ducis 2. — [3]) 13. 2. — [4]) Alexadro codd. — [5]) marchiois codd. — [6]) civitatæ 1. [7]) narrando 2.

successit[1]) Alardus, homo grandevus; quo etiam in brevi defuncto[2]), successit ei Rogerus de Waverin, Rome tempore Lateranensis[3]) concilii consecratus. Suessionis defuncto[2]) episcopo Hugone, Nevelo suscepit episcopatum. Mortuo apud Laudunum insigni viro Waltero de Moretannia, qui eundem epicospatum multis edificiis insignivit, vocatur ad presulatum Rogerus de Roseio decanus Cathalanensis, vir sui temporis in amanda societate, in honesta largitate, in faciendis expensis, in omni urbanitate incomparabilis. Willelmus[4]), de quo superius dictum est, a papa Alexandro in archiepiscopatum Remensem confirmatus, Nevelonem Suessionensem et Rogerum Laudunensem Remis simul consecravit episcopos. Mare terminos suos egressum multos homines in Anglia, in Flandria, Frisia et Hollandia[5]) submersit. Pluviales etiam aque excrescentes multos perire fecerunt.

A. g. 1177. — Homines de Laudunesio[6]) in preiudicium episcopi et ecclesie Laudunensis, data regi Lodovico estimacione pecunie, cumuniam[7]) ordinaverunt habere, et sic perperam cogitantes a iugo servitutis cervices suas et suorum heredum excutere arbitrati sunt. At Rogerus [2, 149] egregius Laudunensis episcopus per se, per amicos regis presenciam adiit, et ut ecclesie sue misereretur[8]), cumuniam servorum suorum delendo, modis omnibus exoravit. Rex vero [1, 140], ut dicitur, sponsioni pecunie herens, episcopum et suos non audivit. Episcopus vero, ut[9]) erat magnanimus, videns se apud regem sepe requisitum non proficere, proprium genus suum sollicitavit,

[1]) susccessit 2. — [2]) defucto 1. — [3]) Lareran. 2. — [4]) Vill. 2. [5]) Hol. 2. — [6]) Lad. 2. — [7]) cumunia 2. — [8]) miseretur 2. — [9]) fehlt 2.

ut per eos de servis sibi ingratis et rebellare volentibus ulciceretur. Confluentibus undique ad eum sui generis principibus cum aliis amicis necessariis, Jacobo scilicet domino de Avennis et comite de Rastolio[1]), pars[2]) autem adversa non ignora eorum adventum cum suis coadiutoribus prestolabatur armata. Venerant eis in ausilium[3]) ex aliis comuniis[4]) plurimi[5]), Galfrido Silvanectensi[6]) tunc Laudunensi preposito procurante. Set ex regis precepto homines sancti Medardi Suessionensis ad eorum ausilium[3]) confluxerant[7]). Comunia[4]) de Crespeio, comunia[4]) de[8]) Velli in eorum ausilium[3]) convenerunt. Apparatis itaque hinc inde copiis armatorum, tota illa rusticana multitudo, solo nomine militum qui convenerant territa, fugam consuluit. Cesa fuit ibi multitudo non modica; set[9]) eorum, qui in aquis perierunt, incertus est numerus. Hec autem acta sunt 2. feria post Invocavit me ad molendinum sancti Martini Laudunensis[10]), cui[11]) nomen est Conporte, quem locum fuerant[12]) depredati. Sequenti[13]) vero estate eiusdem anni rex Lodovicus ultum ire parat stragem illorum de Laudunesio in fratrem episcopi, Reinaldum dominum de Roseio. Pervenit ad castrum comitis de Roceio, cui nomen Nisi, ubi amicis dicti domini de Roscio satisfacientibus regi pro eo, intervenit reconciliacio, ita tamen, ut castrum suum ab eo deinceps recognosceret[14]) tenendum. Venerabilis vero episcopus Rogerus iram regis declinans apud Galterum tunc Lingonensem episcopum latuit in Burgundia.

---

[1]) Rostolio 2. — [2]) ars 2. — [3]) aux. 2. — [4]) comm. 2. — [5]) communia de, durchstrichen 2. — [6]) Silvanat. 2. — [7]) confluxerunt 2. — [8]) de de 2. — [9]) sed 2. — [10]) Lauduni 2. — [11]) cui cui codd. — [12]) fehlt 2. — [13]) sequeti 1. — [14]) recognoc. 2.

Waldesius civis Lugdunensis[1]), de quo superius dictum est, facto voto Deo celi se de cetero in vita sua nec aurum nec argentum possessurum nec de crastina cogitaturum, cepit habere sui propositi consortes. Qui eius exemplum secuti, cuncta[2]) pauperibus largiendo, paupertatis spontanee[3]), facti sunt professores. Ceperunt paulatim tam privatis quam publicis ammonicionibus sua et aliena culpare peccata.

Eodem anno fuit in provincia Narbonensi[4]) castello Amillau nimie simplicitatis iuvenis nomine Benedictus, qui opus a seculis inauditum, pontem scilicet super Rodanum rapidissimum fluviorum, apud Avinionem urbem incoavit et ex magna parte[5]) complevit. Hic tanta vulgi indocili frequencia cingebatur, quod numquam me vidisse meminerim tot populos convenisse. Acclamabat autem ei populus indisciplinatus preconia sanctitatis, miracula omnigena ei asscribendo, et cum esset sermone[6]) imperitus, actu et habitu[7]) incultus, submittebant se suis manibus episcopi et[8]) abbates, ab eo benedici exoptantes. Quicquid de indumentis[9]) [2, 149b] eiusdem habere [1, 140b] potuerunt, honore preciosarum reliquiarum cum magna diligencia servabatur. Claustrales vero[8]) Cisterciensis ordinis et aliarum professionum viri religiosi, quibus non erat copia eum adeundi, zonas suas vel aliquid tale ad benedicendum mittebant; e quibus apud Lingonas equum unum, asinos duos in veritate comperi ad eum venisse onustos.

A. g. 1178. — Concilium Lateranense a papa Alexandro huius nominis tercio celebratur. Huic concilio inter-

---

[1]) Laudunensem korr. Lugdunensem 2. — [2]) cunta 1. — [3]) spontane 1. — [4]) Nerb. 1. — [5]) partem 2. — [6]) sermonem 2. — [7]) abitu 2. — [8]) fehlt 2. — [9]) indumet. 1.

fuerunt archiepiscopi et episcopi 312. Hoc concilium dampnavit omnes ordinaciones[1]) Victoris antipape et eius successoris Paschalis necnon[2]) et Calixti. Dampnavit etiam ordinaciones ab eis ordinatorum, Hereberti[3]) Vesuntinensis[4]) archiepiscopi et aliorum episcoporum et archiepiscoporum per Burgundiam, Alemaniam et Italiam constitutorum. In hoc etiam concilio[5]) statuta sunt multa ecclesie utilia, capitulis 44 comprehensa, que a patribus[6]), qui aderant[7]) presentes, fuerunt approbata et recepta, capitulis vero 12 reprobatis. Dampnavit[8]) hoc concilium hereses et omnes hereticorum fautores necnon et defensores. Waldesium amplexatus est papa, approbans votum quod fecerat voluntarie paupertatis, inhibens eidem, ne vel ipse aut socii sui predicacionis officium presumerent, nisi rogantibus sacerdotibus. Quod preceptum modico tempore servaverunt; unde extunc facti inobedientes, multis fuerunt in scandalum et sibi[9]) in ruinam. Fuerunt tunc cives quidam in civitatibus Lumbardorum[10]), qui in domibus cum familia sua degentes, quendam modum religiose vivendi eligentes, a mendaciis, iuramentis et causis abstinentes, veste simplici contenti[11]), pro fide catholica se opponentes. Hii accedentes ad papam, petierunt hoc eorum propositum[12]) confirmari. Quibus papa concessit, ut omnia eorum in humilitate fierent et honestate, set ne conventicula ab eis fierent, signanter interdixit, et ne in publico predicare presume-

---

[1]) ab eis ordinatorum . . . approbata et recepta in 2 schon hier, aber wieder ausgestrichen. — [2]) necnun. 2. — [3]) Herb. 2. — [4]) Vesumt. 2. — [5]) cons. 2. — [6]) q. a. p. wiederholt 2. — [7]) adher. 1. [8]) damnav. 2. — [9]) illis 2. — [10]) Lonb. 2. — [11]) contempti 2. — [12]) proponit. 2.

rent, districte inibuit. Ipsi vero mandatum apostolicum contempnentes, facti inobedientes, se ob id excuminicari [1]) permiserunt. Hii se Humiliatos apellaverunt [2]), eo quod tincta indumenta non vestientes, simplici sunt contenti.

A. g. 1179. — Princeps clarissimus et benignus rex Francorum Lodovicus filium suum Philippum Remis [2, 150] fecit in sua presencia [3]) a Willelmo eiusdem urbis archiepiscopo coronari. Erat autem idem archiepiscopus avunculus eius; qui, cuntis principibus regni presentibus, iura regni et ecclesie Dei ei exposuit. Interfuerunt huic consecracioni domini sui tres filii regis Anglie Henrici [4]): Primogenitus scilicet eius Henricus equivocus patri, omnium sui temporis amantissimus, qui pridem fuerat in regem Anglie sublimatus et rex Anglie et dux Normannie vocabatur; hic sororem Philippi regis duxerat in uxorem [1, 141]. Adfuit et germanus eius Ricardus comes Pictavensis, cui alia soror regis fuerat concessa, que in patris eius custodia servabatur. Galfridus tercius eorum frater ad coronacionem regis hominium [5]) ei de Britannia [6]) facturus advenerat. Cumque inter eos sermo diu verteretur, quis coram rege honore dapiferi in tanta solempnitate potiri debuisset, vel cuius honori hec dignitas secundum antiquas consuetudines debebatur, ait rex iunior Anglorum, sibi deberi racione ducatus Normannie, cuius dux Kaius [7]), qui Camum hedificavit [8]), fuisse non ambigitur [9]). »Dignitas etiam pincerne michi [10]) racione comitatus Andegavie, cuius comes Bedverus pincerna fuit.« Annuunt

[1]) excominicari 2. — [2]) appell. 2. — [3]) present. s. 2. — [4]) Herrici 1. — [5]) hominum 2. — [6]) Brinania 2. — [7]) Kayus 2. — [8]) edif. 2. — [9]) anb. 2. — [10]) mihi 2.

omnes in gratiam ipsius. Cunctis[1]) igitur peractis, que tante solempnitati[2]) debebantur, reversi sunt cum gaudio ad sua. Rex vero Philippus, patre vivente, duxit uxorem Elisabet[3]), filiam Balduini comitis Hanonie, neptem scilicet Philippi comitis Flandrie ex Margareta sorore. Cui comes concessit illam partem Flandriarum, que est citra Leiam[4]) fluvium, Francie post mortem comitis perpetuo sociandam. Partem vero alteram, que est ultra Leiam[4]) fluvium, heredibus Flandriarum reservavit; et quia comes prole caruit, a nepotibus suis, fratribus scilicet[5]) regine, hec confirmari fecit, ita tamen, quod, si soror eorum ab hac luce sine herede decederet[6]), terra ex integro ad heredes rediret.

A. g. 1180. — Lodovicus pius rex Francorum obiit. In cenobio[7]), quod ipse construxit, ordinis Cisterciensis, cui nomen Barbel, tuba novissima excitandus requiescit.

A. g. 1181. — Papa Alexander ab hac luce subtractus, in ecclesia Lateranensi humatus, cum gloria resurexcionem exspectat[8]) mortuorum; cui successit episcopus Hostiensis dominus Imbaldus[9]) Lucensis, Lucius[10]) nomine[11]) alteratus. Lucius papa 167.

A. g. 1182. — Lucius papa disciscens a Romanis, Romam egressus, Verone se contulit [2, 150b]; ubi imperator Fredericus ad eum veniens, hereticos, quorum contagione Lumbardia[12]) erat infecta, efesticavit[13]). Primum quidem in concione per interpretem, deinde idem imperator[14]) surgens coram omnibus in concione manum

---

[1]) cunt. 1. — [2]) solepn. 1. — [3]) Elizabeth 2. — [4]) Ley. 2. — [5]) fehlt 2. — [6]) dic. 1. — [7]) con. 1. — [8]) exp. resurrextion 2. — [9]) Inb. 2. — [10]) Lucie 2. — [11]) noie 1. — [12]) Lonb. 2. — [13]) efescicavit 2. — [14]) imparotore 2.

suam cum cirotecha[1]) in quatuor partes agitans, comminando cirothecam in terram proiecit. Tulit etiam imperator[2]) legem, ut heretici nullo iure, nulla lege tuerentur libertatis.

A. g. 1183. — Fredericus imperator Henricum ducem Saxonie[3]), nepotem suum ex sorore, hoc tempore exheredavit, terram suam emulo suo Bernardo, viro potenti, contradidit et eum ducem Saxonie nominari constituit. Obsidente imperatore castrum Bruneswic [1, 141 b], quod Henricus exdux pro municiori loco habebat, uxor eius Matildis[4]), filia Henrici regis Anglie, ibidem filium enixa, obsidione cingebatur; vino vero in castro deficiente, mandavit iam dicta Matildis[4]) imperatori, ut ei in tali articulo posite vinum mittere[5]) dignaretur. Imperator vero dolium vini ei mittens, mox solvit obsidionem, quia municio castri eum ab eius[6]) impugnacione prohibebat; ducisse vero mandavit, quod ei hoc castrum[7]) in helemosina[8]) dimittebat.

A. g. 1184. — Henricus rex Anglorum iunior obiit[9]). Hic Henrico patri, qui, prout maiestatem[10]) regiam decebat, ei expensas providere detractavit, graves in Anglia, Normania[11]) et Aquitannia guerras suscitavit, faventibus illi cunctis[12]) fere principibus cum rege Philippo, sororio suo. Fuerant etiam in adiutorium eius fratres sui Ricardus Pictavensis et Galfridus[13]) comes Britannie. Colloquio inter partes habito, qualiter filii patris ad pacem redire valerent queritur. Tunc Henricus rex

---

[1]) cirotheca 2. — [2]) inp. 1. — [3]) Saxan. 2. — [4]) Math. 2. — [5]) mitere 1. — [6]) obsidione ausgestrichen 2. — [7]) q. h. c. ei 2. — [8]) elem. 2. — [9]) ab. 1. — [10]) magest. 2. — [11]) Normannia 2. — [12]) cunt. 1. — [13]) Gaufrid. 2.

iunior respondisse fertur: »Si mihi 300 milites providentur[1]) in vario et grisio, in equitaturis cum aliis cotidianis expensis, exceptis aliis militibus, qui sine numero meam semper[2]), quocumque me vertero, comitabuntur presenciam in aliorum vestimentorum apparatu, tunc poterit pater de honore et successu filiorum letari, si tamen Richardo[3]) fratri meo in 100 sociis pari modo subvenitur. Galfridus[4]) vero terram suam habet, nichil ad patrem meum attinentem. Ipse sibi providebit, prout ei expedire cognoverit.« Pater vero hec audiens, totus versus in iram, iurans et se undique girans, Deum testatur et eius lumina, quibus mundi fabricam lustratur[5]), se tale quid vel huic simile numquam audisse, addens filium suum cor humanum non habere, set subdivinum, [2, 151] qui mortalibus, etiam ipsis summis regibus, impossibilia meditatur. Sic igitur colloquio frustra inter eos[6]) habito, quisque suis se aplicat[7]) commilitonibus. Cum vero rex iunior in castrum urbis Lemovicarum se recepisset, quidam de fautoribus[8]) suis equum, cui insedebat rex senior, sagitta[2]) percussit in aurem. Tunc iussit filium vocari ad se; cui cum venisset ferrum sagitte[9]) ostendit et cum singultu plenus lacrimis ait ad eum coram multitudine: »O fili, si infelix[10]) ego pater umquam a te filio merui sagittari, edicito, o amande mihi! tuo parce honori, serva honorem tuum«! His auditis, filius se recepit in opidum. Henricus iunior, durante guerra inter ipsum et patrem suum, quosque milites nominatos ex omni Francia,

1) providerentur 2. — 2) fehlt 2. —. 3) Ricardo 2. — 4) Gaufridus 2. — 5) lustrata 1. — 6) i. e. fr. 2. — 7) applicat 2. — 8) factoribus korr. fautoribus 1. — 9) sagite 2. — 10) infelis 1.

Germania, Burgundia, Flandria, Brabancia, Heinnonia[1]) et Lotharingia secum habuit. Patre vero per conducticios[2]) Brabanciones[3]) et Rutharios partem suam defendit. Inter hec contigit filium apud Martel castrum infirmari. [1, 142]. In qua infirmitate omni genere penitendi se afflixit et votum peregrinacionis Jherosolimitane[4]) faciens, crucem[5]) sibi affixit. Ecclesie vero Rothomagensi satisfaciens, si moreretur, se ibi humandum testamento confirmavit, et moriens luctum communem omnibus indixit. Plangebant commilitones sui, dicentes: »O blanda facies, o mites occuli[6]), o mundi amor[7]), o salus populi, ad cuius gracie portum se contulerunt grandes et parvuli, o orbis serenitas[8]), o qui cunctis[9]) balsamum redolebas, universis rosam sapiebas, o qui mores hedificabas, qui culpas abolebas[10]), qui celso genere et claro germine cuntis eras superior, qui semper pre cunctis[9]) aliis inventus es humilior, o serenitas, o charitas, o lumen, o splendor[11]) milicie! Quomodo nobis omnibus militibus occubuit sol in meridie, immo occubuimus omnes, sole occumbente, o milicia, quonam te vertas, nescimus! Cecidit habitaculum tuum, perdidisti refugium tuum, perdidisti arma militaria, arma honoris, adapta tibi arma servilia, arma meroris. Quid insuper est nos vendere et emere, fodere et arare?«[12]) Ipsis in hunc modum clamore et eiulatu aerem replentibus, supervenerunt qui de funere ordinaverunt. Cumque ad urbem Cenomannorum, quo versus Rotho-

---

[1]) Heinoia 1. — [2]) fehlt 2. — [3]) Barbant. 2. — [4]) Jorolomitane 1. — [5]) cucem 1, 2. — [6]) oc. 2. — [7]) o. m. a. fehlt, orbis serenitas 2. — [8]) am Rande 1, fehlt 2. — [9]) cuntis 1. — [10]) obolebas 2. — [11]) speldor 1. — [12]) Cecidit . . . arare fehlt 2.

magum[1]) iter erat, appropinquasset[2]), civibus, accensis cereis, per edictum in eius obviam occurrentibus, cum tanto honore eum ecclesiam chathedralem[3]) introduxerunt et tota nocte cum himnis et iubilo custodierunt, quod vix poterit[4]) credulitati admitti. In crastinum vero, cum versus Rothomagum[1]) corpus deferre contendissent, civibus eis vim inferentibus, ipsum cum aromatibus in coro beati Juliani martiris ecclesie remansit humatum, episcopo urbis et canonicis hoc fieri prohibentibus. Elapso tandem decem ebdomadarum curriculo, cognoscentes se Rothomagenses[5]) debito sibi pignore privari, nobili viro Roberto Rothomagensi decano agente, coacti [2, 151 b] sunt Cenomanni[6]) invisi loco debito et ecclesie, cui se devoverat, regium funus restituere; quod per ipsas quatuor dietas, que usque Rothomagum habentur, non nisi principum et nobilium virorum cervicibus subpositis est delatum, ubi in metropolitana ecclesia iuxta[7]) maius altare a dextris cum aromatibus miro omnium favore et miraculorum gloria honorifice est sepultum.

A. g. 1185. — Principes[8]) Palestini, potenciam Saladini regis Sirie et Egipti suspectam habentes, qui superiori anno ad Vadum Jacob[9]) stragem non modicam fecerat de christianis, Heraclium patriarcam[10]) Jerosolimitanum ad partes Gallicanas transmiserunt. Hic multis principibus, per quos transitum[11]) habuit, diadema regni Jerosolimitani obtulit, litteras singulorum principum

---

[1]) Rotom. 2. — [2]) approquinquasset 1, 2. — [3]) catedralem 2. — [4]) potit 2. — [5]) Rotham. 1. — [6]) Cenomagni 2. — [7]) iuxa 1. — [8]) Pricipes 1. — [9]) Jaboc. codd. — [10]) p. transmiserunt res. durchstrichen 2. — [11]) trasit. 1.

Palestinorum patentes habens, continentes ratihabicionem, ut quod ipse patriarcha de negocio regni Jerosolimorum ordinaret, firmum et ratum a cunctis [1]) haberetur. Pro [2]) dolor! oblatum diadema omnes semet ipsos amantes, que sua sunt querentes et non que Jhesu Christi, accipere recusaverunt. Sicque patriarcha passus repulsam, per Burgundiam [3]), Franciam et Aquitanniam [4]) transfretare [5]) statuit ad Angliam.

Interea Lucio papa Verone mortuo, Mediolanensis archiepiscopus eligitur. Urbanus papa 168 [6]). Hic papa tanta execracione Teutonicos habuit, ut eos a communi [7]) helemosina sua amovere preceperit.

In Anglia, mortuo Richardo Cantuariensi archiepiscopo, qui beato martiri Thome successit, post longam concertacionem inter regem et monachos Cantuarienses [8]) de eleccione facienda, tandem, rege autore, eligitur Baldevinus Wirecestrensis episcopus, Clarevallensis ordinis, vir morum gravitate laudabilis, hoc solo notatus, quod cum Iudeis nimis familiaris frequens haberet colloquium. Hic de mandato regis occurrit Heraclio [9]) patriarche, qui repulsam passus in Francia pro guerorum ingruencia, quas principes Francorum regi suo [10]) iniuste intulerant. Unde pro subventione Terre Sancte ad Angliam venit, flagitaturus succursum. Convocatis undique episcopis, comitibus et aliis baronibus ex regis sui precepto tempore quadragesimali, et patriarcha memorato causam adventus sui aperiente, illico Baldewinus Cantuariensis [8])

---

[1]) cunt. 1. — [2]) Proh 2. — [3]) Burgond. 2. — [4]) Aquitaniam 2. — [5]) trasfret. 2. — [6]) 68. 2. — [7]) comuni 2. — [8]) Cantuarens. 2. [9]) Herachio 1. — [10]) sua 1.

postulatus, verbum habuit exortacionis ad omnes. Tunc moti pietate plurimi crucis characthere sunt signati. Rex vero [2, 152] per manum patriarche[1]) et militum Templi ad subvencionem Terre Sancte tria milia marcharum transmisisse refertur et festinum succursum patriarche policebatur.

Sequenti vero estate eiusdem anni orta est apud Podium, urbem Aquitannie, insana rabies Capuciatorum, que tale cognoscitur[2]) habuisse exordium: Antiquitatis consuetudo urbem Aneciensem id est Podiensem annua congregacione[3]) principum circumadiacentium provinciarum reddiderat famosam et illustrem. Qui ob aliam causam ibi semel in anno mediante mense Augusti[4]) non convenerunt, nisi ob honorem et magnificencie sue ostentacionem, ut qui profusius res abliguerit, vel maiori prodigalitate consumpserit, munificencior haberetur. Sequebatur[5]) vero turbam principum multitudo mercatorum. Ditabantur cives frequentia[6]) conveniencium, ditabatur ecclesia donis et obvencionibus populorum. Ea tempestate regnabat per Aquitanniam importuna lues Ruthariorum[7]), Arragonensium, Basculorum[8]), Brabancionum et aliorum conducticiorum, qui quasi tempestas valida regiones illas arcerendo vastaverat; cuius contagione festiva sua tempora amisisse deflebant Podienses: nempe cum extra municionem nullus comparere auderit. [1, 143] Canonicus quidam Podiensis, consulto quodam iuvene, quem fama tunc temporis loquabatur ingeniosum, cuidam viro sim-

---

[1]) p. memorate ausgestrichen 2. — [2]) cognossit. 2. — [3]) cogregat. 2. — [4]) ag. ·1. — [5]) equebatur 2. — [6]) frequenc. 2. — [7]) Rutar. 2. — [8]) Basclorum 1.

plici, Durando nomine, imposuit[1]), quod ei beata virgo et Dei genitrix Maria hora antediali in ipsa ecclesia apparuerit et quedam publicanda ei preceperit, quorum, qui transgredi non metuerit, ipso anno mortem probrosam vel subitaneam subibit. Fuit vero ipse Durandus vir valde simplex, arte lignifaber, quod carpentarium[2]) vulgo vocamus, vir secundum possibilitatem laicam multo Deo devotus. Cui artificiose in habitu[3]) muliebri prefulgido iuvenis quidam, corona redimitus cum lucentibus gemmis, appariit[4]), qui se beatam virginem fuisse dixit. Mane, re per civitatem divulgata, accelerant hianter adesse singuli, mandata Dei matris audire cupientes. Tunc canonicus prenominatus, cuius dolo et malicia vir bonus et simplex fuerat deceptus, prolocutor eius factus, tema[5]), quod [2, 152b] ordinaverat, populo exposuit tenendum. Dicebat piam matrem misericordie ab omnipotenti filio suo pacem mortalibus impetrasse[6]), et qui vel ipsam pacem impedierit, vel eam suscipere noluerit, subita morte peribit. Hec autem sunt huius pacis insignia: Capucium lineum album gestabunt omnes beate Marie pacis sectatores cum signo stagneo cum hac inscripcione[7]): Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, dona nobis pacem! Preterea: Nullus aleator vel qui aliquo ludo deciorum luserit, hanc[8]) pacis fraternitatem intrare poterit; vestimenta togata non habebit, nec cultellum cum cuspide quis portabit, nec tabernam intrabit, qui de pace sancte Marie esse voluerit, iuramentum fallax non faciet, neque aliquod iuramentum inhonestum; ab umbelico inferius nullum membrum in

---

[1]) inp. 2. — [2]) carpetarium codd. — [3]) abitu 2. — [4]) apparuit korr. appariit 2. — [5]) rema 2. — [6]) inp. 2. — [7]) inscripcioe 1. — [8]) hāc 1.

Deo, vel in eius pia matre, sive in aliquo sanctorum vel sanctarum eius nominari, prohibuit sancta Dei mater fieri omnino. Addidit ad hec, quod beata virgo Maria precepit omnes amicos suos coniurare contra hostes pacis, Rutarios scilicet et[1]) principes pacem non servantes.

Factum est post modicum temporis, fama rem divulgante, convenerunt ex omni Aquitannia, Wasconia, Provincia omnes diverse condicionis et ordinis, episcopi etiam et omnes inferiorum ordinum, quasi una inspiracione animati suscepere pacem, quam de celo allatam credebant. Nolentes vero capucium eorum cum signo inscripcionis recipere hostiliter quasi hostem pacis insequebantur. Quicumque vero capucia cum signo sumpserunt[2]), introitum societatis eorum denariis 12 Podiensium redimebant. Fuit autem summa tesauri[3]) infra duos menses collecti quadragies centena[4]) milia librarum. Tremebant principes in circuitu, nichil preter iustum [1, 143b] hominibus suis inferre audentes, nec ab eis exacciones aliquas vel precarias preter redditus debitos exigere presumebant. Statuerunt post hec, ut omnes Capuciati singulis dominicis diebus et aliis diebus solempnibus ad parrochias suas missas cum horis diurnis audituri conveniant et processionem induti capuciis sequantur. Manente adhuc ipso anno Domini, scilicet anno 1185.[5]), in Arvernia[6]) videntes indigene terram suam per Ruthario destrui, contra eos coniuraverunt. Unde factum est, quod Rutharii ab Aquitannia versus Burgundiam tendentes, a castellano quodam nomine Nabo de Carenci optinuerunt [2, 158], ut in castro suo se recrearent. Que res iuratos de Arvernis non latuit.

[1]) fehlt 1. — [2]) sups. 1. — [3]) thes. 2. — [4]) cent̄. 2. — [5]) Manente . . . anno fehlt, A. D. 2. — [6]) Avernia 2.

Mandaverunt opidano, qui eos infra opidum suum receperat, ut eos ab opido suo expelleret, aut eos velud hostes suos contra eum venientes exspectaret. Qui, excogitata subtilitate, callide eos a castro eduxit, dicens se velle eos et eorum arma extra septa castri videre, ut in hostes suos per eos posset ulcisci. »Et ego, inquid, cum hominibus meis et amicis eis ero a tergo, ut fugientes meo gladio feriantur.« Exeuntes Rutharii campum petunt armati, atque illis in armis lascivientibus, clauditur ianua. Set propter pactum, quod cum eis pepigit, uxores immo pellicentes eorum cum [1]) pueris et alia familia et rebus aliis eis extra castrum remisit. Rutharii vero undique ab hostibus [2]) suis circumsepti, tamquam fere actenus indomite sub manu hostili mitescentes, omnem animi sui feritatem deposuerunt, et impetiti a hostibus [2]) armis non responderunt [3]), set sicut oves occisionis se iugulari permiserunt. Fuit autem numerus occisorum 17 000. At Capuciati sive Caperunt hec audientes, gloriam Arvernorum invidentes, Curberam quendam nobilem Rutharium cum suis interfecerunt usque ad 9000, capud vero Curberandi ad gloriam suam secum [4]) ad Podium detulerunt. Quo facto, ita eos extulit eorum vesana demencia, quod comitibus et vicecomitibus, aliis eciam principibus mandaret stultus ille populus et indisciplinatus [5]), ut ergo subditos suos solito miciores se exiberent, alioquin [6]) eorum indignacionem sentirent.

A. g. 1186. — Baldevino [7]), nepote Balduvini [8]) regis Jerusalem ex sorore, cui regnum iure propinquitatis debe-

[1]) cum c. 2. — [2]) ost. 2. — [3]) respund. 2. — [4]) secus 2. — [5]) indicipl. 2. — [6]) alioq'm 1. — [7]) Baldew. 2. — [8]) Balduin 2.

batur, mortuo sub tutela comitis Tripolitani, coronam regni, ipso comite inconsulto, per milites Templi matri nuper defugti redditam, capiti mariti sui comiti de Japhe, Guidonis videlicet de Lisignun, innexuit; unde comes de Tripoli exasperatus Salahadinum regem Syrie et Egipti ad invadendam Terram Sanctam invitavit [1, 144]. Urbano successit Clemens. Clemens papa 169. Hoc loco notatur capcio Jerusalem et aliarum urbium, que[1]) omnia, quia in multis locis habentur, huic narracioni nostre interserere[2]) inutile iudicamus. Clementi in papatu successit Gregorius. Gregorius papa 170. [2, 153b] Gregorius iste fuit huius nominis octavus. Hic fuit Albertus de Bonevento, cancellarius, vir magne sanctitatis et laudabilis parsimonie; in omnibus actibus suis[3]) religiosus fuit, Ecclesiam beati Martini, in qua habitum religionis sumpsit[4]), semper cordi habuit, que etiam ei annuatim vestes secundum regulam procuravit.

Hic placuit urbem Jerusalem describere, quia locus se obtulit describendi[5]). Jerusalem licet ab antiquo sue composicionis[6]) statu multum discrepare comprobetur, quedam tamen ipsius antiquitatis continet monimenta, quibus nobilitatem suam veram esse demonstrat. De qua pauca hic ponenda reor contra superflua, que a plerisque ficta cognoscuntur. Quatuor illi aditus patent, quibus ad illam intratur: ab oriente et occidente, ab aquilone et meridie. Porta vallis Josaphat appellatur, que ab oriente est, eo quod per ipsam fit decensus ad vallem eiusdem nominis; porta David vocatur porta[7]) occidentalis,

[1]) quē 2. — [2]) fecere durchstrichen 2. — [3]) suus 1, suis korr. suus 2. — [4]) sups. 1. — [5]) fehlt 2. — [6]) composionis 2. — [7]) P 1, fehlt 2.

quia iuxta[1]) turrim Davit[2]) sit sita; porta sancti Stephani dicitur septemtrienalis[3]), quia idem martir extra eam fuit lapidatus, et ibidem fuit ecclesia eius nomini consecrata; australis porta Sion[4]) dicitur, quia ab illa parte eminet mons ille preruptus, unde[5]) ad urbem difficilis patet accessus[6]). Porta que Arrea[7]) appellatur[8]) est inter portam australem et orientalem; hec est sub templo Domini, per quam Dominus venit ad passionem; hec non solet aperiri nisi in ramis palmarum. Per hanc[9]) itaque est ingredientibus a leva sepulcrum Dominicum, quod tempore Dominice passionis extra urbem fuisse legitur, uno lapide incisum, qui in octo[10]) magnus fuerat, aureis guttulis interguttatus[11]), colore candido refulgens. In alio quoque latere eiusdem lapidis fuit excisum tante magnitudinis sepulcrum, ut 8 homines capere posset, cuius altitudinis culmen quicumque[12]) potuit manu contingere, in parte vero aquilonari excisum sepulcrum Domini, habens longitudinis 8 pedes, latitudinis 3 et semis. Ostium vero spelunce ad orientem patet, ita quod capud Domini occidentem, pedes respicerent orientem, dextera vero manus eius meridiem, sinistra aquilonem. [1, 144b] Crescente religione Christiana, edificata[13]) est ibi ecclesia rotunda, cuius pavimentum marmor album, interiora crustulis aureis operiebantur, [2, 154] desuper laminis aureis tegebatur, secundum illud Isaie: *Sepulcrum eius gloriosum.* Iuxta sepulcrum est lapis supereminens, qui in morte Domini scissus legitur, subter[14]) quem locum est Golgota, qui

---

1) iuxa 1. — 2) David 2. — 3) septemtrion. 2. — 4) Syon 2. — 5) un 1. — 6) accessu' 1. — 7) Area 2. — 8) dicitur 2. — 9) hūnc 1, hac. 2. — 10) orto 2. — 11) intergutat. 2. — 12) quisque 2. — 13) hedificate 1. — 14) subtus 2.

locus est magna veneracione celebris. Ad quem tradunt Habraam[1]) venisse, Ysaac filium suum immolaturum, pro quo aries inmolatur[2]), significans verum agnum ibidem immolandum. Ab hinc est paululum remotus locus Calvarie, ubi lignum Dominicum repertum fuit per Helenam[3]), que ecclesiam miri operis ibidem construxit, quam Perse postmodum destruxerunt. Iuxta hunc locum a meridie est ecclesia que vocatur Latina, eo quod a Latinis fuerit semper inhabitata. Ubi beata virgo plorasse dicitur et vestes suas et crines cidisse, cum filium morientem videret. Ibi prope est locus, ubi mulieres lametabantur Dominum. Inde in directum versus orientem est templum Domini miro opere fabricatum, quod licet multum discrepet a templo Salomonis et a templo Eszre, tamen sicut primum et secundum habet quatuor introitus. In quo loco tempore David angelus populum cedebat. Ubi etiam lapis, super quem angelus stetit, in medio templi[4]) adhuc eminet impolitus[5]). Ubi usque hodie est mons fumigans, obductus caligine, et volentes locum adire estu caloris[6]) aut obscuritate repellit, ne ad montem liceat accedere. Fuit etiam in hoc loco temporibus Salomonis propiciatorium aureum et archa testamenti cum tabulis Moysi et virga Aaron et olla aurea, habens manna et ea que dicebantur sancta sanctorum. Que omnia secundum librum Machabeorum legitur Jeremiam cum ipsa archa versus Sinai[7]) in Arabiam occultasse; que non invenientur donec gentes multe congregentur. Hic est locus, in quo puer Jhesus presentatus a sancto Simeone[8]) est susceptus,

[1]) Habraham 2. — [2]) immolatus 1. — [3]) Helemam 1. — [4]) fehlt 2. — [5]) inp. 2. — [6]) caloreis korr. caloris 2. — [7]) Syn. 2. [8]) Sym. 2.

ubi etiam in medio doctorum factus duodennis est inventus. De hoc loco nummularios eiecit[1]), dicens: »*Domus m. d. o. v.*« Ab aquilone huius templi, lacu quodam interposito, est ecclesia sancte Anne, ubi fertur peperisse[2]) matrem salvatoris. Ante hanc ecclesiam inventa est piscina, 5 porticus habens, in qua angelus Dei secundum tempus descenderat etc.; in qua eciam nunc descenditur[3]) per unam porticum et reperitur aqua gustu quidem amara, que egrotantibus confert salutem. Hec infra urbem a fidelibus venerantur. Betleem quoque, que quondam[4]) Effrata dicebatur, spacio duarum leucarum ab Jerusalem ad occasum versus Ebron sita est; ad quam eundum est exitus portam[5]) David. Ibi est locus nativitatis Christi et eius presepe. Cuius ecclesia episcopalis miro fuit[6]) opere fabricata. In eius confinio iuxta[7]) sepulcrum Rachelis passi sunt innocentes[8]). De sepulchro[9]) Rachelis adcenditur ad montem Sion[10]), qui tempore Christi erat cacumen et medium civitatis, nunc autem extra. Ibi fuit cenaculum, [2, 154 b] ubi Dominus pedes lavit[11]) discipulorum et cenavit et sacramentum sui corporis et sanguinis[12]) tradidit et ibidem apostolis paraclitum[13]) misit. Ibidem etiam fuit transitus beate Marie, in cuius honore ecclesia antiquitus constructa fuit gloriosa; que a Sarracenis fuit destructa. Ad radicem montis Syon oritur fons aspectu quidem limppidus set gustu amarus, qui de natatoria Siloe rivulum suum mittit. In alveo, ubi torrens Cedron in hieme fertur, in quo cecus evangelicus fuit [1, 145] illu-

[1]) ececit 2. — [2]) perper. 1. — [3]) descenderunt 2. — [4]) condam 2. — [5]) poetam 2. — [6]) fehlt 2. — [7]) iusta 2. — [8]) innocetes 1, 2. — [9]) sepulcro 2. — [10]) Syon 2. — [11]) l. p. 2. — [12]) sa codd. — [13]) paraclytum 2.

minatus, torrens Cedron ab aquilone summens inicium per vallem Josaphat dirigitur in austrum; nec habet aquam nisi inundacione pluviarum. Inter civitatem vero et montem[1]) Oliveti est ecclesia Dei genitricis, ubi ipsa ab apostolis fuit sepulta. Que ecclesia miro fuit opere constructa, postea ab infidelibus destructa. Ibi etiam fuit quondam villa Gessemani, ubi Dominus captus fuit; ubi templum factum destructum fuit. Inde est ascensus ad montem Oliveti, qui celsitudine[2]) supereminet omnem regionem. In quo Dominus fuit solitus discipulos et omnes ad se venientes docere; ubi etiam Dominicam orationem edidit. De hoc monte cernitur Arrabia et Jordanis fluvius, qui mare fetidum intrat. Sub divo huius montis est Bethania[3]), ubi Dominus Lazarum suscitavit, et ibi fuit domus Simonis leprosi, ubi Dominus discubuit et Marie[4]) Magdalene peccata dimisit. Hec sunt loca urbi vicina. Locus Jordanis, ubi Dominus baptizatus fuit, 10 leugis in directum versus orientem distat ab urbe. Hic fluvius Judeam dividit et Arrabiam, ad quam itur per Jerico, quondam civitatem magnam, habens a leva desertum, ubi Dominus ieiunavit. Videtur ibi mons, ubi a diabolo fuit temptatus, et Nazareth, ubi conceptus fuit, et Galilea, ubi post ressureccionem[5]) suam discipulis apparuit, et alia solitudo, ubi 7 panes multiplicati 4000 hominum refecerunt. Alia vero loca, ubi Dominus a puericia est conversatus, a Jerusalem longe sunt remota[6]). Urbem Jerusalem postea ab Helia Adriano mirifice constat esse decoratam, qui per omnes vicos urbis aqueductus

---

[1]) motem 2. — [2]) celsitudinem 2. — [3]) Betan. 2. — [4]) M 1. — [5]) resurrectionem korr. resurect. 2. — [6]) semota 1.

fecit, per quos inundacione imbrium[1]) omnes immundicie urbis diluerentur.

Anno igitur[2]) Domini 1186. adhuc currente, Terra Promissionis[3]) cum capite suo Jerusalem, scilicet civitate sancta, peccatis christiani populi exigentibus, a Salahadino rege potenti, interfectis principibus christiani exercitus, misere deserpitur, miserque populus christianus, qui eam incolebat, aut est sine misericordia paganorum gladio trucidatus aut vendicioni expositus, inmisericordius perpetue captivitati mancipatus.

Interea Philippus rex Francorum et Henricus rex Anglie gravi inimicicia dissidentes, multorum malorum causa extiterunt. Fiunt in utriusque terris incendia[4]) plurima, depredaciones plurime, homicidia innumera. Tandem hinc inde exercitum congregantes[5]), apud Castrum [2, 155] Radufi convenerunt, rex Francorum, ut castrum iam dictum caperet vel sibi subiceret, rex vero Anglorum, ut illud defenderet. Et cum utrobique se ad commitendam inter se pugnam parassent, agente Dei omnipotentis pietate, mediantibus viris prudentibus, capiuntur inducie et sic in sua se receperunt. Post modicum vero temporis fit inter reges apud Gizorcium colloquium de pace facienda, ubi advenit tristis nuncius perdite Terre Promissionis. Fit ingens dolor universorum. Tunc aiunt Henricum regem Anglorum dixisse: »Ibi deberemus[6]) experiri vires nostras et milicias [1, 145 b] nostras exercere, ubi posset omnium malorum operum suorum veniam promereri«. Ad hec conpunctus[7])

[1]) ym. 2. — [2]) fehlt 2. — [3]) Promissiois 1. — [4]) incidencia 2. — [5]) congregates 1, 2. — [6]) debebemus 1. — [7]) compuntus 1.

populus uberrime lacrimas fudit. Tunc reges antea discordes, zelo perdite Terre Promissionis ad concordiam venientes, brachia connectunt oscula ingeminantes, et crucis caracthere[1]) assumpto[2]), cunctis[3]) subditis[4]) suis, immo universo christianismo gaudium et leticiam hoc facto transmiserunt. Tunc crederes quod numquam de cetero[5]) inter eos posset oriri discordia. Populus vero pre exultatione ad honorem sancte Crucis capellam quandam in loco, ubi reges signum crucis sibi assuerunt, festinavit hedificare; in quo loco Dominus, ut multorum testimonio accepi, ad honorem sancte Crucis virtutes quam plurimas dignatus est operari.

A. g. 1187. — Richardus filius Henrici regis Anglorum peciit a patre, ut eum honore regio insigniret. Quod quia pater facere detractavit, opem regis Francorum contra patrem expeciit. Tunc oriuntur guerre solito graviores. Nam plurimi principes Anglie atque Normannie ad graciam filii patrem deserentes, Pictaviensibus se iuxerunt[6]). Rex vero Francorum fines Cenomannorum ingressus, captis castellis plurimis, ipsam urbem Cenomannorum, patre ex ea fugiente, cepit et Richardo reddidit; urbem etiam Turonis, Ligeri transvadato, cepit et captam Richardo rededit[7]), Rex vero Henricus domestica calamitate laborans, animo defecit, nec erat ei in promtu deliberare, quonam se verteret, hinc eum rege Francorum persequente, illic vero proprio filio in eum insurgente. Tot igitur calamitatibus pressus decidit in egritudinem et mortuus est. Cuius funus, sicut vivens ordinaverat, ad cenobium Fontis-

---

[1]) caractere 2. — [2]) assupto 1. — [3]) cuntis 1. — [4]) subdititis 1. — [5]) d. c. fehlt 2. — [6]) iusserunt 2. — [7]) reddid 2.

Evrandi delatum, ubi sine regio honore est humatum, facto sibi diademate de aurifrixo mulierum.

A. g.[1] **1188.** — [2, 155b] Richardus, patre mortuo, totam terram patris sui est assecutus[2]; a Balduvino Cantuariensi[3] archiepiscopo[4] Londoniis[5] est consecratus in regem. Baldevinus, cum videret Iudeos interesse consecracioni, novo regi dona sua presentare[6] volentes, sucgessit regi, ut amoverentur[7], qui hanc gratiam peccatis suis perdiderunt. Quibus ex precepto ammotis, rumor falsus, Iudeos cum eorum bonis per Angliam, tota[8] per opida quaque[9] volando, publicandos de mandato regis fore, resperserant. Nec mora vulgus indisciplinatus, factis agminibus, irruit in Iudeos, et rebus eorum sublatis, misere disserpunt. Hec acta sunt Londoniis, dum consecracionis regis Ricardi agerentur officia. Cuius rei fama illico totam insulam Anglicanam replevit. Iugulantur ubique Iudei sine misericordia, quorum bona vulgus indocile sibi diripuerat. Contigit apud Eboracum metropolim, dum populus pari demencia inrueret[10] in Iudeos, et ipsi se in domum quandam[11], quam pro loco municiori habebant, metu mortis se recepissent, elegerunt Iudei viros de suis, qui alios intrepide iugularent, quibus se obtulerunt, ut interficerentur. Cristianis vero, facto impetu[12], hostia domus infringentibus, inveniuntur Iudei omnes preter [1, 146] paucos propriorum manibus interempti. Rex vero Ricardus[13], licet de Iudeorum cede

---

[1]) Dom. 2. — [2]) assequtus 2. — [3]) Cat. 1. — [4]) episcopo 2. — [5]) Lund. 2. — [6]) presenteare korr. presentare 2. — [7]) amorentur 1, amoveretur 2. — [8]) A., t. fehlt, Anglica rura 2. — [9]) queque 2. — [10]) intueret 1. — [11]) quend. 2. — [12]) inp. 2. — [13]) Rich. 2.

totus in furorem verteretur; tamen quia multitudo in causa fuit, totum inultum permansit. Et ne simili vesania in Normania[1]) et Pictavia necarentur Iudei, nuncios illunc[2]) direxit, qui eorum necem impedirent.

Richardus 11. Hic gloria militari illustris per omnes provincias Anglie unam precepit esse[3]) rerum venalium mensuram: bladii scilicet, vini, cerevisie, unam ulnam, monetam unam. Precepit iusticiariis suis, ne quid iusticie deesset his, qui iusticia[4]) indigerent.

Celestinus papa 171. Hic papa, mortuo felici viro Gregorio VIII., Rome prefuit in pace, Jacigtus antedictus, diaconus cardinalis Sancte Marie in Scola Greca. Hic[5]) papa Henricum episcopum Albanensem[6]), quondam Clarevalensem[7]) abbatem, pro subvencione Terre Sancte delegavit ad Germaniam ad succurrendum[8]) Terram Promissionis . . . .[9]). Fredericus, pro malis que Lumbardis intulerat, ut aiunt, compugtus, signum crucis ad subventionem[10]) Terre Sancte suscepit, filio suo Henrico primogenito antea rege [2, 156] Germanorum ab eo declarato. In cuius coronacione pater curiam tam solempnem et tam admirandam apud Maguncium tenuit, quod nulla preterita etas ei similem unquam meminerit. Alium filium, ducem scilicet Suabie, peregrinacionis sue comitem habere voluit. Tercius[11]) vero filius eius fuit Otto comes Burgundie, cui nupsit[12]) Margareta, relicta Hugonis[13]) de Oisi, filia comitis Theobaldi Blesensis. Quartus filius

---

[1]) Normannia 2. — [2]) illuc 2. — [3]) fehlt 2. — [4]) iustia 1. — [5]) ic 2. — [6]) Albanencem 2. — [7]) Clarevalencem 2. — [8]) succurend. 2. — [9]) einige Worte scheinen hier zu fehlen. — [10]) subvencionem 2. — [11]) Tecius codd. — [12]) nūpsit 1. — [13]) Hog. korr. Hug. 2.

Frederici imperatoris fuit Philippus, primo clericus, postea dux Suabie, deinde rex Germanorum, qui duxit filiam Isaac imperatoris Grecorum.

Apud Constantinopolim. Alexi filio Manuelis magni imperatoris a viro perfido Andronio nequiter peremto, idem Andronius arripuit imperium. Andronius[1]) etiam post breve tempus ignominiose per pateas et vicos regie urbis tractus per meretrices, in urbe suspensus laqueo vitam finivit.

In Cicilia. Willelmus rex moriens Constanciam, amitam suam, testamento declaravit heredem et eandem Henrico regi Germanorum maritandam constituit, cum patrimonio suo, silicet Cicilia, Calabria atque Apulia[2]). Set, rege mortuo, Tancredus regnum invasit, nec tamen pacifice regnavit, Henrici militibus bella[3]) eidem moventibus.

A. g. 1189. — Henricus[4]) comes Campanie et nobilis princeps Jacobus de Avennis viam Jerosolimitane peregrinationis[5]) arripiunt. Hic Henricus filiam comitis de Namuco habebat, spem habens per eam Namucum castrum et comitatum habere. Balduvinus vero comes Hanonie, nepos comitis ex sorore, adhuc ipso comite vivente Namucensi[6]) valde sene, iniuste castrum abstulit et possedit, exheredata eius unica filia, quam superius diximus comitem Henricum habuisse. Hanc postea duxit[7]) comes Barri uxorem. Que[8]) etiam, ipso mortuo, numpsit Walerando[9]) de Lemburch.

---

[1]) Andronio 1. 2. — [2]) Apalia codd. — [3]) fehlt 2. — [4]) Henrico korr. Henricus 2. — [5]) peregrirenaciones korr. peregrinaciones 2. — [6]) Namucensin 2. — [7]) duxit dux̄. 2. — [8]) Qe 2. — [9]) Wallerando 2.

A. g. 1190. — Philippus rex Francorum et Richardus[1]) rex Anglorum iter peregrinacionis[2]) arripiunt in pentecosten. Et ambo pariter apud Vizeliacum[3]) tunc fuerunt, ubi plurimi procerum Francie obsequia milicie sue regi Richardo obtulerunt. Quibus fertur respondisse: »Non facietis ex me cuculum pullos alienos nutrientem, qui ad vocem proprie genitricis revertentur, cuculo solo remanente«. Rex[4]) Ricardus Montolium[5])-Heimari super Rodanum, ubi suis fuit iniuriatum, cepit et municionem [2, 156b] destruxit et dominum castri abduxit[6]). Quem postea ad preces quorumdam nobilium liberum remisit. Rex Philippus apud Januam urbem super mare febricitavit. Inde Mescenam[7]) Cicilie navigio est advectus et ibi hiemavit in palacio regis. Rex vero Anglie foris urbem fixerat temtoria. Ibi accidit seneschaldum[8]) regis Anglorum interfici a civibus, dum cibos emeret regis. Quo audito rex Richardus motus in iram, iussit suos armari. At civibus eum subsannantibus[9]) et dicentibus, quod per pedissecas[10]) suas se ab eo defenderent, tunc furens rex[11]) suis minatus est mortem, nisi caperent civitatem. Qui acerrime irruerunt in hostes et discumfecerunt. Et introsilientes urbem per muros, quoscumque habuerunt obvios, interfecerunt. Et ne urbs capta penitus destrueretur, venit rex Francie subplicaturus[12]) regi Anglorum, ut suos a cede civium revocaret. Rex quoque Anglie, viso domino suo rege Francorum, ob eius honorem illico reversus est

---

1) Ric. 2. — 2) pegnacionis codd. — 3) Vicenciacum 2, oben am Rand von 1, halb durchschnitten, Vizeliacum. — 4) R. vero 2. — 5) Montalium 2. — 6) adduxit 2. — 7) Messenam 2. — 8) senescald. 2. — 9) subsannamt. 2. — 10) pedissequas 2. — 11) fehlt 2. — 12) supplic. 2.

ad tentoria sua. Sequenti vero estate transfretantes[1]) venerunt Aconum; ubi rex Francorum cum mirabili omnium favore susceptus est, Richardo rege aurarum et ventus intemperie retardato.

A. g. 1191. — Ricardus rex Anglie iter faciens per Ciprum insulam, intellexit quosdam de suis nequicia indigenarum occubuisse. Mandavit regi insule, ut ei emendaretur[2]). Qui, dehonestatis nunciis ad eum missis, captus est cum insula capta. Tunc rex magnanimus pro tributo imposuit ei, ut in quadam summa[3]) frumenti, ordei, vini et aliorum victualium exercitui christiano ante Aconum, omnibus vite necessariis indigenti, subveniret; et sic dimisit virum in sua. Sed necdum[4]) rex Richardus[5]) longe abscederat, cum ipse homines regis, quos ibi dimiserat, cepit interficere et alios incarcerare. Quod[6]) cum rex Richardus[5]) audisset, iterum capta insula, regem eius, saxo ad collum eius ligato, misit in mare et insulam suis hominibus munivit et filie regis pepercit, quia speciosa fuit; et aplicans ante Aconum ingenti gaudio exercitum [2, 157] replevit.

Dux Fredericus Suabie, patre suo Frederico imperatore casu non magis miserabili quam mirabili in flumine necato, cum residuo exercitu[7]) Teutonicorum, iam corpore deficiens, ad exercitum[7]) Francorum ante Aconum applicuit moriturus[8]) [1, 147].

Sciendum, quod qui infra Acon erant obsessi tam consilio quam virtute prestanciores inventi sunt et nostris in eos assultum facientibus[9]) multa et gravia intulerunt

[1]) fehlt 2. — [2]) emedaretur 1. — [3]) sumna 1. — [4]) fehlt 2. — [5]) Ricard. 2. — [6]) Qud' 1. — [7]) excerc. 2. — [8]) m. a. 2. — [9]) faciet. 1.

incomoda; et si dromus victualibus et armis munita ad eos pervenisset, nostri civitatem de facili[1]) non essent adepti. Set[2]) agente, ut dicitur, regis Richardi[3]) providencia et probitate, dromus capta[4]) sua obsessis negavit beneficia. Dromus vocatur navis ceteras magnitudine vincens. Acon capitur; in cuius obsidione mortui sunt incliti principes, quibus meliores secula futura non videbunt. Inter quos eminebant dux Suevorum, Philippus famosus[6]) comes Flandrensis, Theobaldus[5]) comes Blesensis, Henricus[7]) comes Barrensis, Jacobus dominus de Avennis. Comitum[8]) vero aliorum[6]) ibi defunctorum[9]) fuit numerus decem et. octo. Principum, baronum et aliorum militum non fuit numerus.

A. g. 1192. — Philippus rex Francorum egrotans cum suis tractat de remeando ad Franciam; ducem Burgundie Odonem sue genti prefecit. Quo cognito, rex Richardus[3]) timuit sibi, sciens voluntatem eius erga eum esse obfuscatam, dixit se velle abscedere. Tunc videres[10]) principes universos dolere de recessu utriusque regis, dicentes se frustra pro urbe Acon laborasse et tot incommoda sustinuisse. Tunc actum est eorum interventu, quod conventum est inter eos, ut Richardus[3]) remaneret, rex vero Francorum ad Franciam veniens ei et terre sue usque ad 40 dies adventus[11]) sui pacem servaret; quod utriusque sigillo confirmatum est.

---

[1]) d. f. fehlt 2. — [2]) sed 2. — [3]) Ricard. 2. — [4]) capita korr. capta 2. — [5]) Teob. 2. — [6]) fehlt 2. — [7]) Her. 2. — [8]) comitorum 2. — [9]) defuct. 1. — [10]) videreres 1. — [11]) advetus 1.

A. g. 1193. — Interea cum constaret per Franciam de morte Philippi comitis Flandrensium, Willelmus[1]) venerabilis Remorum archiepiscopus, cuius tutele rex, nepos eius ex sorore, Francie gubernacula commiserat, saisivit Atreba- [2, 157 b] -tum, Ariam et Sanctum Audomarum, sicut Philippus comes regi concesserat, cum neptam suam duxit uxorem. Ludovicus[2]) filius regis graviter hoc tempore Parisius infirmabatur. Pro quo cotidie fiebat in ecclesia orticio[3]) ad Dominum[4]).

A. g. 1194. — Conradus nobilis marchio, cuius laudabili probitate Tirus civitas fuit defensa a paganis, Amfredi domini de Turun sibi iunxit[5]) uxorem, matre mulieris hoc faciente per consilium principum Palestinorum, priori marito vivente. Quoniam vero contra hoc factum Jacobus dominus de Avenis venire voluit, rex Francorum Philippus aliquantulum eundem exosum habuit, eo quod ipse Conradus eius consanguineus fuit. Sicque Conradus dominium Palestine per uxorem est assecutus. Wido vero de Lizinum, quondam rex Jerusalem, dono Richardi regis An- [1, 147 b] -glorum habuit Ciprum[6]).

Ipso anno Joppenses ex condicto, si eis infra tempus statutum non subveniretur in succursu, gladio erant Saladini feriendi aut captivitati[7]) perpetue tradendi. Que res cum innotuisset regi Anglorum Richardo[8]), se pro fratribus liberandis discrimini ponens, navigio advectus, per lanceas et gladios paganorum terram nactus, eos tam audacter quam potenter ab iminenti mortis articulo[9]) liberavit.

---

[1]) Willenus 2. — [2]) udovicus 1. — [3]) oratio 2. — [4]) Deum. 2. — [5]) iuxit. 1. — [6]) C 1, fehlt 2. — [7]) captivitate korr. captivitati 1, captivitate 2. — [8]) fehlt 2. — [9]) periculo m. 2.

A. g.[1] **1195.** — Simon[2], germanus Henrici ducis Luvanie[3], electus Leodiensis contra voluntatem Henrici regis Germanorum, qui prepositum[4] Bunnensem illi sedi voluit subrogare, Remis de mandato Celestini pape a venerabili Remorum archiepiscopo Willelmo in episcopum Leodiensem est consecratus. Et post octo dies in eadem ecclesia ab eodem archiepiscopo consecratus est Johannes Cameracensis episcopus, qui Rogero de Waverin successit, avunculo[5] suo. Hic Johannes fuit decanus Atrebatensis[6]. Simon[2] Leodiensis episcopus, timens Henrici regis Germanorum seviciam, Remis morabatur; ad quem interficiendum missi sunt a perfido rege viri dolosi, qui finxerunt, se regis memorati iram incurrisse, et ob id non audebant in terra et in potestate eius comorari[7]. Sicque virum innocentem deceperunt; qui, non inventa in urbe oportunitate perpetrandi[8] facinoris, spaciandi gratia eum extra urbem eductum proditores interfecerunt [2, 158]. Richardus[9] rex Anglie, destructa Sarracenorum charvanna[10], et muris Aschalone[11], quos[12] ipse fecerat, subversis, revertens per Dalmaciam Ragusiensem, a duce Istrie[13] capitur, qui eum Henrico iam imperatori[14] vendidit[15] pro marcis 40000. Nota, quod hoc anno fuit consecratus a papa Celestino Rome in imperatorem[14].

Hoc eodem anno in parrochia Lauduni Clavati fuit bellum inter Nicholaum de Rumeliaco[16] et Robertum

---

[1]) A. gr. 2. — [2]) Sym. 2. — [3]) Lunanie 2. — [4]) prepoitum 2. — [5]) avulculo 1. — [6]) Atrebatensi 1. — [7]) commor. 2. — [8]) ĩpetr. 1. — [9]) ichardus 1. — [10]) carv. 2. — [11]) Asc. 2. — [12]) quas 1. — [13]) Hist. 2. — [14]) inp. 2. — [15]) vedidit 1. — [16]) Rumigniaco 2.

de Petro Ponte, milite gracioso. Ubi Nicholaus superior factus, magnam adversariorum cepit multitudinem, Roberto cum suis ausiliariis[1]) verso in fugam. Comitissa vero Viremandorum cumuniam[2]) Sancti Quintini miserat in eius adiutorium. Nobilis etiam mulier domina de Cuceio[3]) in eius adiutorium miserat cumuniam[2]) de Marla. Quorum omnium multitudinem Nicholaus miles egregius egregie fudit et discumfecit.

Henricus[4]) 2003. Hic anno Philippi regis Francorum 14. cepit regnare et eiusdem anno 16. obiit. Rex Francorum, cognito per literas[5]) imperatoris[6]), Richardum regem ab eo detineri captivum, letus effectus fines Normannorum ingressus, Gizorcium castrum munitissimum faucione[7]) Gileberti[8]) de Vascolio occupavit, et multa vicina castra capiens, in brevi totam illam Normannie marchiam sue dicioni subiecit.

A. g. 1196. — Johannes, qui agnominatus[9]) est Sine-Terra, frater Richardi regis Anglorum, confederatur [1, 148] regi Francorum, et ab eo 6000 marcharum mutuo suscepit, ut in Anglia et Normannia fratri suo suscitaret gravamina. Cui frater eorum Galfridus Eboracensis archiepiscopus favit et quantum[10]) potuit partem regis infirmavit[11]). Cum autem Johannes intellexisset, se non posse ad id quo intenderat, pervenire, ocultos[12]) dolos molitus est. Sigillum fratris sui regis sophisticatum[13]) obtulit custodibus castellorum, quorum inscripcio continebat, ut ei

---

[1]) aux. 2. — [2]) comm. 2. — [3]) Couceio 2. — [4]) fehlt 2. — [5]) litt. 2. — [6]) inp. 2. — [7]) faūtione 2. — [8]) Gisleb. 2. — [9]) agnomitatus 1. — [10]) quintū 1. — [11]) Cui . . . infirmavit fehlt 2. — [12]) occult. 2. — [13]) sosphis. 2.

sicut fratri redderentur municiones. Hic cum plurimos seduxisset, tandem comperta fraude per familiaritatem[1]) militum regis Francie, mittuntur nuncii[2]) ubique, ut non credatur Johanni, regis et fratris sui proditori.

A. g. 1197. — Celestinus papa et multi principes Germanie atque Italie graviter tulerunt, regem Anglie ab imperatore[3]) detineri, quia peregrinabatur, quando captus fuit; sucgesserunt[4]) ei, ut liberum ad sua remitteret. Ipse vero dixit, se exigere ab illo pecuniam, qua terram suam, Siciliam[5]) scilicet, spoliaverat. Ad hec ait rex[6]) Anglie, se dotem sororis sue regi Tanchredo vendidisse, quondam uxoris [2, 158b] regis Willelmi. Cum hec agerentur, Elianordis, mater regis Richardi, cum taxato redempcionis precio veniens, eum absolvit a manibus imperatoris[3]) et ad Angliam cum gaudio deduxit, et cum maiori a suis est susceptus.

Hoc anno, scilicet anno gracie[7]) 1197., obiit Henricus imperator[8]) Romanus passione emitricea die dominica 4. Kal. Octobris aput[9]) Mecenam civitatem Sicilie[10]); inde delatus ad civitatem Panermum, apud Montem-regalem traditur sepulture. Ipso eodem anno circa octavas epiphanie[11]) obiit papa Celestinus; cui successit Lotharius, Sanctorum Sergi et Bachi diaconus cardinalis, Innocencii nomine alteratus et in crastinum post Reminiscere, 9. scilicet[12]) Kal. Martii, presbyter ordinatus et in cathedra sancti Petri in papam fuit consecratus. Innocencius papa 172.

---

[1]) faviliar. 1. — [2]) nunt. 2. — [3]) inp. 2. — [4]) sug. 2. — [5]) Cic. 2. — [6]) o rex 2. — [7]) sc.... gracie fehlt 2. — [8]) inp. H. 2 — [9]) apud 2. — [10]) Cic. 2. — [11]) epiphaie 1. — [12]) fehlt 2.

Qui Petro pridem cathedram[1]) tibi terminus idem
Prebet et illud idem quod Petrus sumpsit ibidem.

A. g. 1198. — Otto comes Pictavensis, filius Henrici ducis Saxonum, Richardi regis nepos ex Matilda sorore, procurante Richardo avunculo[2]) habundanter expensas, in regem Germanorum est promotus et in imperatorem[3]) Romanorum electus. Richardus rex et Baldewinus comes Flandrensis confederati Philippum regem Francorum inquietant. Rex plurima castra, sibi, dum in Alemannia moraretur, erepta, recuperavit. Comes vero Sanctum Audomarum cepit, Atrebatum obsedit, nec tamen cepit. Illis diebus fuit princeps[4]) Ruthariorum Marchader[5]) nominatus. Hic successit Lupacio potentissimo[6]) Ruthariorum principi[7]). Hic Lupacius omnes Capuciatos, quorum superius fecimus mencionem, ita apud Portas Berte cicidit et delevit, quod postea numquam ausi fuerunt comparere. Marchader a rege Richardo vocatus, provincias[8]) regis Francorum vastavit et episcopum [1, 148b] Belvacensem cepit, quem rex Richardus tota vita sua in vinculis tenuit. Cuius frater Henricus Aurelianensis episcopus[9]) ad liberacionem eius laborans, dominum papam adiit et in itinere obiit. Rex quoque Richardus[10]) multos de militibus validioribus regis Francorum cepit et ipsum regem fugientem insecutus est[11]) usque Gizorcium, ubi per graciam Dei a suis atractus[12]) liberatus evasit.

A. g. 1199. — Richardus rex Anglie, sagitta percussus[13]) in scapulis, interiit 8. Id. Aprilis feria tercia

---

1) catedra 2. — 2) av. R. 2. — 3) inp. 2. — 4) fehlt 2. — 5) Marcadez 2. — 6) potentissio 1. — 7) principe 1. — 8) provitias 2. — 9) ep. A. Henr. 2. — 10) Henricus 1. — 11) ins. e. f. 2. — 12) att. 2. — 13) percuscus 1.

ante Palmas anno regni sui 10. Cui Johannes frater eius successit [2, 159]. Johannes Richardo fratri succedens, Londoniis dominica in Ascensione [1]) consecratur in regem.

Philippus dux Suevorum, frater Henrici imperatoris [2]), simulans se non affectare inperium, suasit principibus Germanie, ut nepoti suo, filio Henrici imperatoris [2]), essent [3]) in ausilium [4]); et cum ei plurimi assentirent, opposuit se Ottoni; sicque fit longa concertacio inter eos. Et cum prevaluisset pars Philippi, tunc fraudem detexit, ita ut cunctis [5]) pateret, quod non iam pro nepote laboraret, cum se in regem Germanie Aquis fecit sublimare; set nec usquequaque Ottonem perdomuit, cui [6]) tamen perpauca relinquebantur [7]).

Circa hec tempora dominus Fulco presbyter de Nueilli [8]), Parisiensis diocesi, literatura sinplex [9]), videns populum luxui deditum, avaricie etiam estibus anelantem, zelo animarum ductus, exorsus est tam propria quam aliena vicia detestando iugi vociferacione redarguere. Cuius zelum iuvit cantor Parisiensis, dum ei literas [10]) domini pape Innocencii inpetravit, quarum autoritate [11]) per omnem Galliam ei licuit predicare. Unde innumerabilium diversi sexus et etatis, ordinis et condicionis, principum et privatorum et maxime feneratorum mores correxit. Cui Dominus tantam contulit graciam, ut ad eum audiendum innumera multitudo cotidie conflueret. Tandem sub obtentu [12]) Terre Sancte predicacioni questuose insistens [13]), pecuniam congregavit infinitam, non, sicut credebatur, Terre Sancte profuturam.

---

[1]) Assencione 1. — [2]) inp. 2. — [3]) esset codd. — [4]) aux. 2. — [5]) cunt. 1. — [6]) cum 2. — [7]) relinq̄. 1, reliquebatur 2. — [8]) Nueli 2. — [9]) supplex 2. — [10]) litt. 2. — [11]) auct. 2. — [12]) opt. 1. — [13]) insistæns 2.

Anno eodem adhuc currente, regnum Francorum interdicto submittitur, eo quod rex Francorum, Ingelburga legittima [1]) coniuge repulsa, filiam Bertulfi ducis Merhanie [2]) vel marchionis superduxerat. Duravit hoc interdictum ab epiphania usque in sequentem nativitatem [3]) beate Marie. Laxatum est autem interdictum per Octovianum [4]) Hostiensem episcopum, qui ob id ipsum venerat in Franciam.

A. g. 1200. — Johannes rex Anglie omnes fere principes Aquitannie [5]) sibi adversantes ante Mirabel, castellum Pictavie, cepit cum Arturo, fratris sui Galfridi filio, quos omnes ad Angliam misit [6]) incarcerandos, ut merito super hoc Merlinus dixisse credatur: [1, 149] Johannes [7]) capite leonis coronabitur. Item linguas [8]) mugiencium abscidet et colla rugiencium onerabit cathenis. Et sciendum, quod erga eum non bene respondent ultima primis.

Ludovicus filius Philippi regis Francorum pro bono pacis inter patrem suum et Johannem regem Anglorum formare, accepit uxorem Blancham, filiam regis Hispanie Hildefonsi [9]) et Alienordis sororis regis Anglorum. Que pax etiam propter matrimonium quasi nebula evanuit cito pertransiens, quia guerra [10]) iam ceperat ebullire. [2, 159b]

A. g. 1201. — Baldewinus comes Flandrensis cum Henrico fratre suo et aliis innumeris in subsidium Terre Sancte profectus est. A Venicianis circumventus [11]), in Venecia cum suis fere per annum moram fecit; ubi per

---

[1]) legit. 2. — [2]) Mech. — [3]) n. s. 2. — [4]) Ottov. 2. — [5]) Aquitan. 2. — [6]) m. a. A. 2. — [7]) rot am Rande 2. — [8]) liguas 1. [9]) Hildefunsi 2. — [10]) gurra 2. — [11]) circonv. 2.

Venedorum maliciam multa sustinuit incomoda [1]. Unde multitudo maxima a manibus eorum elapsa, incompleto voto, pudore sepulto, ad propria redierunt, dicentes, se usque Veneciam fuisse. Venetiani [2] quoque per nostros etiam invitos ulti sunt de hostibus suis Jasiensibus, quorum civitatem captam funditus destruxerunt, unde excuminicacionis [3] sentenciam incurrerunt; de qua absolvi meruerunt per subsidium, quod filio imperatoris [4] Constantinopolitani [5] impenderunt [4]. Inperator vero, pater illius, cuius superius fecimus mencionem, a fratre proprio, quem de captivitate Saracenica [6] redimerat, excecatus, in vinculis tenebatur.

Fulco, cuius superius mencionem [7] fecimus [8], obiit, sepultusque est in villa sua Nuelli [9].

A. g. 1202. — Willelmus gloriosus Remorum archiepiscopus apud Laudunum subito graviter infirmatus, statim loquela privatus et post paululum vitam amisit. Tunc vacavit sedes annis duobus. Philippus Belvacensis episcopus a Johanne rege Anglorum permittitur [10] redire ad propria.

A. g. 1203. — Johannes rex Anglie Arturum, filium Galfridi comitis Britannie, fratris sui, quem cum baronibus Pictavie et Britannie ante castellum Mirabel cepit, crudelissime iugulavit, et quorundam illorum, quos ibidem ceperat, obsides suspendio interire fecit. Guera inter regem Francie et regem Anglie fit solito gravior. Rex vero Francorum multas municiones regis Anglie cepit.

[1] incomm. 2. — [2] Veciani 1. — [3] excominicat. 2. — [4] inp. 2. [5] Costinoplitani 1. — [6] Sarr. 2. — [7] mec. 1. — [8] f. ment. 2. — [9] Nueli 2. — [10] permitit. 2.

Urbs Andegavorum capitur per Willelmum dominum de Roches, qui milites suos sub capis eorum armatos sicut merchatores[1]) nundinas introduxit, qui cuncta[2]) diripientes, ipsam etiam[3]) urbem ceperunt et domino suo reddiderunt.

A. g. 1204. — Theobaldus de Pertico, archidiaconus Remensis, vir nobilis et generosus et literatura[4]) atque subtilitatis acumine extollendus, alias per omnia egregius, nisi [1, 149 b] nimis aperte ambiret honores. Hic Philippo episcopo Belvacensi, in Remensem archiepiscopum electo, arma militaria et eorum[5]) usum obiecit, et virum incendiarum esse dixit. Facta iterum electione[6]) permissa domini pape, a canonicis Remensibus Baldewinus, prepositus eiusdem ecclesie, a maiori et saniori parte vocatur ad presulatus honorem. Set [2, 160] impaciens[7]) alterius honoris ambicio per memoratum archidiaconum ei obiecit, quod uno pollice mutilatus. Domino etiam Miloni de Nantolio annos iuveniles obiecit. Et sic eorum electione[8]) infirmata, eidem ecclesie preficitur Guido Prenestinus[9]) episcopus, apostolice sedis legatus, quondam abbas Cisterciensis. Guido in ecclesia Remensi Willelmo successit. Hunc delegaverat dominus Innocencius papa pro Ottone contra eius adversarios.

Huius presulatus mense primo quidam, eo presente, aput[10]) Branam de fide examinati, infideles reperti sunt in presencia comitis loci, Roberti scilicet patruelis[11]) Philippi regis Francorum, et Yolent comitisse et mul-

---

[1]) merc. 2. — [2]) cunta 1. — [3]) j̄ciā 1. — [4]) litt. 2. — [5]) earum 2. — [6]) elecione 1. — [7]) inpat. 2. — [8]) elecīne 1. — [9]) Prenestinensis 2. — [10]) apud 2. — [11]) patruilis korr. patruel. 1.

torum aliorum; quorum iudicio post paucos dies extra castrum flammis[1]) sunt exusti. Inter quos erat famosissimus per omnem Franciam pictor nomine Nicholaus.

A. g. 1205. — Philippus rex Francorum totam sibi Normaniam subiugavit, quibusdam castris munittissimis ad dedicionem coactis cum ipsa civitate Rothomago. Castrenses vero, qui in presidiis fuerant constituti, dominum suum, qui[2]) ad regnum suum visendum transfretaverat[3]), fere per annum expectantes, conpulsi sunt facere, non quod voluerunt, set quod potuerunt, maxime cum dominus eorum, ab eis pluries citatus, hoc ipsum eis remandaret.

Nivelo[4]), nobilis Suessorum episcopus, a Constantinopoli rediens, multas et precelsas sanctorum reliquias attulit, que in ecclesia Suessionensi in magna gloria habentur. Eodem tempore allate sunt reliquie per quendam monachum loci ipsius ad cenobium Leceiarum[5]), que ibidem a fideli populo cum debita devocione venerantur. Erat autem monachus predictus frater cuiusdam Gerardi de Walecurt[6]), cui imperator[7]) ex toto incumbebat[8]). Qui, ut ei crederetur, super reliquiis literas[9]) imperatoris[7]) auro sigillatas cum literis[9]) patriarche ad dominum papam attulit. Ob quam causam papa Innocencius[10]) suis literis[9]) testimonium perhibuit veritati. Gerardus quoque de Walecurt[6]) iam dictus et ipse ad ecclesiam de Walecurt[6]) reliquias transmisit precelsas, ob quarum graciam ipsa ecclesia celebris populorum frequencia merito debeat frequentari.

---

[1]) flames 1. — [2]) fehlt 2. — [3]) transfet. 1. — [4]) Nyv. 2. — [5]) Leciear. 2. — [6]) Walecort 2. — [7]) inp. 2. — [8]) inconb. 2. — [9]) litt. 2. — [10]) Innocenciu' 1.

A. g. 1206. — Gwido[1]) Remensis archiepiscopus apud Gandavum in cenobio sancti Bavonis ex dissinteria obiit. Capitulum Remense, quod sub interdicto posuerat, moriens absolvit. [1, 150] Tunc vacavit sedes metropolitana, domino Theobaldo de Pertico impediente electionem. [2, 160 b]

A. g. 1207. — Rogerus venerabilis episcopus[2]) Laudunensis obiit. Anselmus Meldensis, Lanbertus Morinensis[3]) obierunt. In sede Remensi successit Guidoni Albericus archidiaconus Parisiensis. In Laudunensi[4]) successit Rogero Reinaldus[5]) Surdellus, ipsius ecclesie canonicus, in Meldensi Anselmo Galfridus. In Morinensi Lamberto successit Johannes, loci ipsius archidiaconus, eiusdem Lanberti[6]) nepos.

Anno Philippi regis Francorum 27. Per idem tempus vir nobilis et predicandus Nevelo Suessorum episcopus, in Tessalonicensem archiepiscopum electus, obiit. Hic cum Constantinopolim remearet et multos ex omni Gallia collectos in ausilium[7]) Latinorum secum duceret, apud Barrum in Apulia diem clausit suppremum. Cui in episcopatu successit Haimardus[8]), cantor Remensis.

Anglia[9]) pecunia propter Ottonem evacuatur.

A. g. 1208. — Magister Stephanus Langetonensis, vir literatissimus[10]), Rome a monachis Cantuariensibus in eorum archiepiscopum electus, ab Innocencio papa consecratur. Johannes vero rex Anglie, quia ipso inrequisito et inscio fuit ipsius consecracio facta, eam ratam habere

---

[1]) Guido 2. — [2]) fehlt 1. — [3]) Morinesis 1. — [4]) Laudunesi 1. — [5]) Rain. 2. — [6]) Lamb. 2. — [7]) aux. 2. — [8]) Hamimard. 2. — [9]) Inglia 2. — [10]) litt. 2.

noluit. Unde regnum Anglie subiectum est interdicto circa dominicam Isti[1]) sunt dies. Ipse vero exemplum beati predessessoris[2]) sui Thome secutus, exul apud Puntiniacum[3]) Cisterciensis ordinis moram fecit felicem.

Durante adhuc anno[4]) gracie 1208., fit magna profeccio[5]) Francorum et[6]) Flandrensium in partes Constantinopolitanas[7]) contra Grecos in ausilium[8]) Latinorum. Item eodem anno fit alia profecio[5]) multo plurium quam prius tam nobilium quam ignobilium[9]) contra hereticos in partes Albigensium[10]) comorantes[11]) debellandos.

Hoc adhuc currente anno, Philippus, qui contra Ottonem rex Teutonie fuerat consecratus et ipsum ab omni regno fere iam[12]) expulsum persequebatur, dum apud Bavenbergensem urbem in domo episcopali diem minucionis sue custodiret, a quodam milite inpie[13]) est interfectus. Otto, occiso Philippo adversario suo, eius filiam sibi copulavit uxorem et tunc ab Innocentio papa III. declaratus est imperator. Fuit[14]) quoque uxor Ottonis ex filia Isaac[15]) inperatoris[16]) Grecorum, unde Philippus dux Suevorum, dum viveret, ab Henrico imperatore[17]) Constantinopolitano[18]) requisitus, ut filiam suam ei mitteret uxorem, respondit: »Putavitne advena ille, solo nomine imperator, [2, 150b] filiam meam habere uxorem, ex utraque parte ex imperatoris stirpe [1, 161] editam, cui etiam orientale et occidentale[19]) imperium debetur iure parentum?« Post paululum subridens ait: »Verum, si me im-

[1]) Iste 1. — [2]) predec 2. — [3]) Pont. 2. — [4]) eodem a. 2. — [5]) profectio 2. — [6]) d. fehlt 1. — [7]) Constatin. 1. — [8]) aux. 2. — [9]) innob. 2. — [10]) Albigent. 2. — [11]) comm. 2. — [12]) iam ab. o. r. f. 2. — [13]) im. 2. — [14]) uit 1. — [15]) Ys. 2. — [16]) imp. 2. — [17]) inp. 2. — [18]) Constatin̄ 1. — [19]) occidet. 1.

peratorem Romanum dominum suum velit recognoscere, mitam heredem imperii illi in uxorem». Nunciis ei respondentibus[1]), se domini sui voluntatem nescire, res est induciata.

A. g. 1209. — Ingelramus[2]) de Marla, dominus de[3]) Cuceio[4]), pro fide christiana contra hereticos Albigenses fideliter agonizans, de proditoribus suis ultus est per eum, pro quo ipse in eius hostes ulcisci paratus fuit.

Anno Philippi regis Francorum adhuc currente[5]) 28., Reginaldus[6]) Laudunensis episcopus 17. Kal. Aprilis obiit calculosus. Robertus thesaurarius Belvacensis, frater Galcheri de Castellione, comitis Sancti Pauli, fit electus Laudunensis. Dominus Gervasius, vir modestus, religiosus et discretus, fit abbas Premonstratensis[7]).

A. g. 1210. — Remensis ecclesia metropolis cum magna parte civitatis incenditur 2 Non. Maii.

Johannes comes Brenensis, Jerosolimorum[8]) rex electus, post pentecostes[9]) profectus est in partes transmarinas; ubi in assumptione[10]) beate Marie eiusdem anni apud Thirum[11]) consecratus[12]) est in regem.

Fernandus[13]), filius Sancii regis Portegalensis, frater Amphulsi qui post patrem regnavit, venit ad materteram suam, que quondam Philippo comiti Flandriarum[14]) nupsit[15]). Hec, Trada nomine, fecit se vocari Matildam[16]). Hec, cum esset predives et Johannam heredem Flandriarum iam nubilem cognovisset, per pecuniam procuravit

---

[1]) respontibus 1. — [2]) Ingelrannus 2. — [3]) fehlt 2. — [4]) Couceio 2. — [5]) cor. 1. — [6]) Renald. 2. — [7]) Premonstratesis 1, Premostratensis 2. — [8]) Jerolim. 1. — [9]) penth. 2. — [10]) assupc. 1. — [11]) Tir. 2. — [12]) cos. 1. — [13]) Fernad. 1. — [14]) Fladr. 1. — [15]) nūpsit 1. — [16]) Math. 2.

apud regem Philippum, ut nepos Fernandus, ea sibi data uxore[1]), comes Flandriarum efficeretur. Hanc Johannam dixerunt quidam a rege fuisse Ingelramno[2]) de Cuceio[3]) prius concessam.

Eodem anno villa Senonensis diocesis, cui nomen Cudou, obiit Alpais venerabilis mulier, que annis 39 tocius corporis viribus destituta decubuit; ita quod neque quicquam manducaret[4]), neque biberet, neque ad aliud[5]) latus, nisi adiuta, unquam mutaret. Cui etiam manum ad os porrigere, pedem ad se retrahere[6]), vel a lecto efferre, omnino erat impossibile. Hec credita est habuisse graciam predicendi futura et multa scire, que aliis mortalibus manserunt occulta. Et cum hac gracia sepissime uteretur, vix tamen, vel valde raro, se hanc graciam habere monstravit.

A. g. 1211. — Fernandus alienigena[7]), data sibi Johanna, fit comes Flandriarum [1, 151]. Johanna [2, 161 b] comitissa Flandrie consanguinea fuit Philippi regis Francorum; Elizabeth[8]) mater sua filia fuit Marie comitisse Canpanie[9]), que fuit soror regis Francorum ex patre Ludovico. Fuit eadem Maria soror regis Anglie ex parte matris Elianordis. Hanc Johannam sortitus[10]) est Fernandus coniugio.

A. g. 1212. — Henricus dux Brabancie in die ascensionis Dominice irrupit in civitatem Leodii, et multis civibus interfectis, bona eorum diripiens, spolia multa inde asportavit.

---

1) u. d. 2. — 2) Ingelranno 2. — 3) Couceio 2. — 4) mad. 1, manducaverat 2. — 5) alius 2. — 6) rethaere codd. — 7) aliegena 1. — 8) Elizabet 2. — 9) Cam. 2. — 10) J. suo s. 2, soritus 1.

Anno adhuc eodem currente, apud villam Lapun[1]), Laudunensis diocesis, obiit sancta mulier Matildis[2]), voluntarie paupertatis amatrix, vite incomparabilis et parsimonie singularis. Hec in quodam tugurriolo[3]) sola manebat. In quo fossa dormicionis eius strata silicibus[4]), plus erat[5]) laboris quam quietis. Et excuciens[6]) manum suam ab omni munere, numquam ab aliquo cogi potuit, ut aliquid a quoquam accipere voluerit, nec etiam egrotans, cum magis necessariis indiguerit. Et ut[7]) alienis utar verbis: Ipsa sibi medicus et medicina; ipsa sibi tota familia; ipsa sibi iussit et paruit; ipsa sibi domina extitit et ancilla[8]). Hec super omnes nostris temporibus contemptibilis erat et abiecta et vili induta scemate, eo quod vestem eius usus atriverat, vetustas adnullaverat, vilitas horridam[9]) reddiderat. Hec veste pannosa, facie inculta, incampta[10]) capillis squalebat. Hec sibi labore proprio victum queritavit. Hec post collectas messes in stipulas agrorum veniens, si forte metentium[11]) terga spicas deciduas collectura sequeretur. Manipulos sibi relictos non suscepit set marcidas et conculcatas, quas potuit, colligens, sibi excussit in annuum cibum. Messe vero excussa et decimata, secundum[12]) numerum[13]) mensium anni in 12 dividebat porciones. Unde sibi in multa[14]) distribuit parcitate, et quod minus fuerat ex farina, supplevit cineribus et tamquam panem cinerem manducavit. Sermo ei rarus, set si loqui opportuit[15]), ita preceps et barbarus, ut a multis Scota esse crederetur.

---

[1]) Lapion 2. — [2]) Math. 2. — [3]) tugur. 2. — [4]) cil. 2. — [5]) ererat 1. — [6]) exut. 2. — [7]) ut ut 1. — [8]) e. anc. e. 2. — [9]) horred. 1. — [10]) incomp. 2. — [11]) metecium 1. — [12]) secon. 2. [13]) fehlt 2. — [14]) s. etiam mult. 2. — [15]) orp. 2.

Fuit revera Angligena, sicut, ipsa michi loquente, per eam cognovi, ex villa Cantuarensis dyocesis[1]), que Romenele vocatur, distans ab urbe per leucas 12, in portu maris, quo ad Normanniam navigatur. Hec Dei ancilla migravit a seculo mense Junio. Cuius spontanea paupertas et apud mortales pro Deo voluntaria vilitas, quanti sit apud Deum meriti, miracula, que Deus post mortem eius dignatus est ostendere, declarant.

Nota. [2, 162] Superiori anno hibernis[2]) temporibus quidam presbyteri et alii clerici Parisiensis[3]) diocesis convicti fuerunt errorem magistri Almarici innovasse, quam etiam defendere presumpserunt; unde iudico ecclesie, presentibus magistris[4]) theologis Parisiensibus, primo fuerunt a domino Petro Parisiensi episcopo exordinati[5]), [1, 151b] deinde igne sunt conflagrati, quidam vero inmurati. Inter quos fuerunt precipui: Stephanus presbyter parrochialis de Corbolio et magister Garinus eiusdem castri capellanus et magister Bernardus. Nota. Almaricus, cuius supra[6]) fecimus mencionem, vir quidem subtilissimus, set ingenio pessimus fuit. In omnibus facultatibus, in quibus studebat, aliis contrarius inveniebatur. Item sciendum, quod iste magister Almaricus fuit cum domino Ludovico, primogenito regis Francorum, quia credebatur vir esse bone conversacionis et opinionis illese. Magister vero David, alter hereticus de Dinaunt[7]), huius novitatis inventor, circa papam Innocencium conversabatur, eo quod idem papa subtilitatibus studiose incumbebat[8]). Erat enim idem David subtilis ultra quam deceret; ex cuius quaternis, ut creditur, magister Almaricus et ceteri[9])

---

[1]) dioc. 2. — [2]) yb. 2. — [3]) Pariensis 1. — [4]) magistis 1. — [5]) exod. 1. — [6]) superius 2. — [7]) Dinant 2. — [8]) incom. 2. — [9]) alii 2.

heretici huius temporis suum hauserunt herrorem[1]. Tercius trux et animarum lanista fidei et honestatis fuit magister Galterus de Muissi, canonicus Lingonensis[2], magni nominis vir. Hic dominam Blancam comitissam Campanie quesivit ludificare, non tantum anime sue, set proprii corporis contagione; set fraude conperta, qui interpellatus ad audienciam, veritus de iusticia, interposita apellacione Romane sedis, evasit. Item. Notandum, quod magister Almaricus[3], qui sepultus fuerat sepultura christiana, conbustis hereticis, ut superius dictum est, extrahitur[4] a sepultura et canibus expositus est; cuius ossa dispersa sunt per campos[5]. Novissime vero omni[6] Almaricorum hereticorum fuit magister Godinus, qui Ambianie[7] hereticus probatus est et ibidem igne fuit ustulatus.

Eiusdem anni mense Junio, Stephanus quidam puer, officio pastor, ex villa nomine Cloies iuxa[8] castrum Vindocinum[9], dicebat, Dominum sibi in specie peregrini[10] pauperis apparuisse, et ab eo panem accepisse, eique literas regi Francorum deferendas tradidisse. Hic cum venisset cum coevis suis pastoribus, convenerunt ad eum ex diversis partibus Galliarum fere 30000. Ipso moram apud Sanctum Dionisium faciente, Dominus per eum, ut multi testati sunt, multas operabatur virtutes. Fuerunt et alii pueri, qui per loca plurima a turbis vulgaribus in magna veneracione habebantur, eo quod credebantur illi etiam virtutes operari. Ad quos multitudo puerorum convenerunt, quasi sub eorum ducatu ad Stephanum[11] sanctum [2, 162b] puerum profecturi. Omnes illum magi-

---

[1]) er. 2. — [2]) Lingonon 2. — [3]) Almor. 2. — [4]) extrait. 2. — [5]) can. 2. — [6]) so 1, 2. — [7]) Ambiano 2. — [8]) iusta 2. — [9]) Undecimum 2. — [10]) peregrinis 2. — [11]) Ssteph. 2.

strum et principem super se recognoverunt. Tandem rex, consultis magistris Parisiensibus super puerorum congregacione, ex eius precepto reversi sunt in sua. Sicque puerilis illa devocio sicut fuit de facili incoata[1]), ita fuit de facili terminata. Videbatur vero multis, quod per huiusmodi[2]) innocentes spontanee congregatos, Dominus facturus esset aliquid magnum et novum super terram, quod longe aliter provenit. [1, 152]

Sequente[3]) vero mense[4]) Julio infra Kal. Augusti, potiti sunt christiani in Hispania glorioso de paganis triumpho. Qualiter[5]) vero hec miraculosa victoria christianis provenerit, inutile esset enarrare, cum ex literis[6]) gloriosi regis Hispanie Alfonsi ad papam Innocencium III. transmissis tocius belli eventus et veritas scire volentibus manifestetur. Significavit igitur, quod cum rex Chartaginis sive de Maroch exercitum, ultra quam credi fas sit, contra eum duxisset, et ipse Alfunsus[7]) contra Saracenorum multitudinem illustres reges, Arragonencium[8]) scilicet et Navarre, secum in ausilium haberet, quod vix in omni exercitu christiano inventi sunt 25 homines aut ad plus 30 cecidisse[9]), cum ex parte adversa plusquam centena milia ceciderit paganorum. Scripsit etiam idem rex, quod per triduum[10]) cum[11]) omnibus suis moram[12]) fecerit post bellum in castris paganorum, ubi ad omnia, que coquenda erant, non alia lignorum materia usi sunt christiani quam lanceis et sagittis[13]) paganorum, et ex[14]) illis in eorum usibus non

[1]) inch. 2. — [2]) huism. 1. — [3]) sequenti 2. — [4]) mese 1. — [5]) Qualter 1. — [6]) litt. 2. — [7]) Alfusus 2. — [8]) Arragonerium 2. — [9]) credidisse 2. — [10]) drid. 2. — [11]) com. 2. — [12]) motam 2. — [13]) sagit. 2. — [14]) ee 2.

plus quam medietas est consumpta. Prosequitur rex, dicens, quod cum propter longam[1]) moram in locis desertis eis victualia deficerent. Tandem ibidem invenerunt tam ciborum quam armorum necnon et dextrariorum et aliorum iumentorum copiam, ut cum singuli pro sua voluntate ex eis tulissent, plus relinquerunt pre habundancia, quam sumpsissent[2]). Numerus Sarracenorum, qui cum rege Charthagenensi[3]) venerat, 180 000 equitum; peditum vero non erat numerus, sicut ex relacione ipsorum, qui capti fuerant, est compertum[4]). Item. Post dies aliquos capta est[5]) Ibeda, civitas Sarracenorum magna ac munita et fortis. Ubi perierunt 60 milia paganorum, multis captis, qui in obsequium christianorum et monasteriorum, qui erant in Marchia, erant reparanda. Hec scripsit predictus rex.

Hoc ipso anno Otto, qui dudum excuminicacionis[6]) sentenciam ab Innocencio papa susceperat, etiam et deposicionis accepit. Suscitatus est etiam Ottoni hostis Fredericus adolescens, Henrici imperatoris filius ex Constancia regina Apulie. Hunc Fredericum misit papa Innocencius ad Magontinum [2, 163] archiepiscopum; qui cum multis sibi faventibus[7]) episcopis et aliis principibus reverenter eundem susceperunt. Post paululum vero temporis festinavit rex Francorum ei apud Vallem-coloris[8]) super Mosam situm occurrere[9]); set a Cathalauno[10]) revertens, filium suum Ludovicum cum multis regni proceribus, ut ei confederaretur, transmisit; ubi confederacio inter eos iuramento est confirmata.

[1]) lungnam 2. — [2]) sups. 1. — [3]) Carthagin. 2. — [4]) conp. 2. [5]) fehlt 2. — [6]) excomunicat. 2. — [7]) fehlt 2. — [8]) Valem-c. 1. — [9]) ei o. 1, 2. — [10]) Chath. 2.

Hugo de Petroponte[1]) episcopus Leodiensis in ulcionem iniurie sue et sancto Lamberto illate[2]), congregato exercitu copioso, cum duce Brabantino[3]) conflixit[4]) et superavit et hostium multitudinem interfecit; quorum cadavera in monte de Staplis inhumata canibus et avibus fuerunt exposita et corrosa, tandem[5]), vix per- [1, 152b] -mittente episcopo quibusdam abbatibus de terra ducis, sepulture sunt tradita.

A. g. 1213. — Philippus rex Francorum legittimam coniugem suam Ingelburgen recepit in gratiam, defuncta[6]) prius illa, quam de Alemannia[7]) superduxerat, que regi peperit filium, sibi scilicet equivocum[8]), Philippum. Suscepit etiam ab eadem filiam, quam Philippus comes[9]) Namucensis accepit uxorem; quo etiam mortuo, nupsit[10]) Henrico duci Luvanie. Huius ducis filia ex prima coniuge uxor fuit Ottonis imperatoris[11]). Philippus rex in ramis palmarum procerum concionem Suessionis convocavit, ibique tractatum est de ducendo exercitu in Angliam, quod sub zelo rectitudinis[12]) posse fieri arbitrabantur. Invitaverant enim barones Anglie regem Francorum contra regem suum Johannem, Deo odibilem et suis omnibus invisum propter tirannides et impuritates, quibus regnum suum polluerat. Preparata vero post pascha[13]) navium multitudine, armis etiam et aliis victui necessariis[14]) munita, supervenientes quidam a rege Anglie missi, docti ad prelium navale, totam illam navium multitudinem fere, nunc multas, nunc plures, tandem septingentas insimul

---

[1]) Perop. 2. — [2]) illare 2. — [3]) Brabatino 1, 2. — [4]) confluxit 2. — [5]) tamd. 2. — [6]) defuct. 1. — [7]) Alim. 2. — [8]) equivac. 1. — [9]) come 2. — [10]) nūp. 1. — [11]) inp. 2. — [12]) ret. 1. — [13]) p. p. fehlt 2. — [14]) n. v. 2.

abduxerunt a portu Flandrie Dam[1]. Paucam quoque[2] residuam navium iussit rex in ira et indignacione in vigilia penthecostes[3] flammis[4] comburi. Villam etiam ipsam iussit redigi in favillam. Suspectos vero habebat indiginas rex, nutibus et signis consiliisque ocultis[5] Anglos iuvasse irruentes; Franci namque a Flandrensibus habebantur exosi cum ipso rege eorum, qui comite Fernando[6] absente[7], Flandriam peragravit, totam sibi subponens, nec tamen sine multa strage suorum peditum quidem et ignobilium personarum. Rex vero, acceptis obsidibus a Flandrensibus, reversus est in sua. Fernandus quoque, perditis duobus castris, Sancto scilicet Audomaro et Aria, que filius regis occupaverat [2, 163b], amissa etiam regis gratia, eo quod donaria a rege Anglorum receperat, in Angliam a facie regis fugiens et regi Anglorum confederatus, reversus, totam fere Flandriam sine multa difficultate[8] recepit, et insuper urbem Tornacum, ad regem pertinentem, cepit, cuius partem non modicam incendio concremavit. Facta est igitur inter regem et Fernandum comitem concertacio longa, rege Anglie in usus guerre[9] comiti expensas[10] largiter procurante.

Per idem tempus, estate scilicet eadem, Stephanus Cantuariensis archiepiscopus, qui exul moram Pontiniaci fecit, cuius occasione insula Anglicana [1, 153] per annos plurimos fuerat turbata, permissus est redire in Angliam et debita sibi in omnibus fungi dignitate. Rex vero Anglie nequicias suas intelligens, omnibus quos leserat satisfacere curavit, videns imminere[11] periculum, ut tam-

---

[1]) Dan 2. — [2]) vero 2. — [3]) petec. 1. — [4]) flam. 1. — [5]) occ. 2. — [6]) Fernado 1. — [7]) a. F. 2. — [8]) dific. 1. — [9]) gurre 1. — [10]) e. c. 2. — [11]) inm. 2.

quam impius et flagiciosus a dignitate regia et a regno exturbaretur, sicut qui omni auxilio fuerat destitutus: utpote suis ingratus, extraneis invisus, omnibus odiosus. Placavit igitur principes, mansuetudinis[1]) satisfacione eis exhibita, archiepiscopum revertendi gratia, papam vero pecunia; unde ab eo a vinculo excommunicationis absolvi promeruit, regnum suum ab eo recognoscens et annis singulis ei mille marchas solvens: ex Anglia scilicet 700, ex Hybernia[2]) vero 300, quam tempore excommunicationis sue[3]) subiugaverat, rege Conaxie Katolo[4]) triumphato et sibi tributario facto.

Eodem vero anno, scilicet anno gracie[5]) 1213., pridie Id. Septembris, feria scilicet[3]) 5. infra octavas beate Marie, commissum est prelium[6]) apud Murett[7]), quod est castrum non longe ab urbe Tholosa[8]), inter fideles et hereticos, in quo fideles victoria potiti sunt. Petrus itaque venerabilis Arragonensium rex, qui ut sororio suo fieret in auxilium, comiti scilicet Tholosano, advenerat, non quod ipse hereticis[9]) faveret[10]), set, ut dictum est, honorem sororii sui defenderet, in ipso prelio occubuit cum magna multitudine suorum. Ex parte vero fidelium solus miles cum paucis aliis repertus est cecidisse. Simon vero comes Leicestrie et Montis-fortis, dux et signifer christiani exercitus, fide et armis strenuus, suis quidem victoriam provenisse gaudebat, de morte vero illustris[11]) regis Arragone non modicum lamentabatur, sciens ob id maxima dispendia fidelibus fore ventura[12]). Fuit autem

[1]) mas. 1. — [2]) Hib. 2. — [3]) fehlt 2. — [4]) Karolo 2. — [5]) sc. a. gr. fehlt, Domini 2. — [6]) bellum 2. — [7]) Murell 2. — [8]) Tol. 2. — [9]) heirticis 1. — [10]) feveret 1. — [11]) fehlt 2. — [12]) vet. 1.

Dominus cum fideli suo comite Montis-fortis [1]), omnia eius opera [2]) dirigens, hereticos per manum eius exturbans, et fere Gociam universam infra sex annos ei subiciens.

Currente adhuc anno eodem, hoc anno gracie [3]) 1213. mense Februario, Johannes rex Anglie cum multitudine copiosa suorum applicuit in parte Pictavie, [2, 164] que numquam ab eo disciverat, nec ab adversariis suis poterat expugnari. Cum etiam, rege Johanne a facie regis Francorum fugiente in Angliam, rex Francorum sibi Normanniam, Cenomaniam [4]), Andegaviam, Pictavie partem maiorem cum ipsa civitate Pictavorum subiceret, Aquitannia [5]), ceteris licet ab eo remocior, ab ipso numquam recessit. Rex igitur Johannes, ut dictum est, ad Aquitanniam [5]) post annos decem [6]) revertens, 15. scilicet anno regni sui [7]), sategit perdita recuperare. Rex vero Francorum filium suum Lodovicum cum exercitu misit contra illum. Ipse vero rex, viribus collectis, Fernando comiti Flandriarum et eius fau- [1, 153 b] -toribus se opponebat, et ubique regi Francorum provenit victoria.

Circa hec tempora Bernardus de Lippe, miles armis strenuus et exercitatus, post multos claros triumphos de hostibus infirmatus nervorum contracione, monachatur in ordine Cisterciensi, cum quo post convalescenciam a Magontino [8]) archiepiscopo est dispensatum, ut per inferiores ordines ascendens [9]) promoveretur. Nec mora, de precepto domini pape ordinatur predicator Livonie. Livonia [10]), ritibus gentilium hucusque detenta, per predi-

---

[1]) Mot. 1. — [2]) o. e. 2. — [3]) h. a. g. fehlt 2. — [4]) Cenomann. 2. — [5]) Aquitan. 2. — [6]) d. a. 2. — [7]) r. s. a. 2. — [8]) Magut. 1. — [9]) asend. 1. — [10]) Lyv. 2.

catores de novo ad fidem est conversa; ubi memoratus Bernardus predicavit et electus est in episcopum. Interim unus filiorum suorum electus est in Ultraiectensem[1]) episcopum et consecratus; a quo Bernardus pater suus elegit episcopus consecrari. Alter vero filius eius electus est in Monasteriensem episcopum, qui ab eodem patre suo est benediccione episcopali consecratus. Hermanus[2]), tercius filius Bernardi, princeps tocius christianitatis[3]) Livonie constitutus est; primogenito fratre hereditatem patris, scilicet de Lippe, gubernante. Due vero filie Bernardi sepedicti benedicte fuerunt in abbatissas ob vite sue[4]) meritum et religionis exemplum.

A. g. 1214. — Laxatum est in Anglia interdictum, cui fuerat subiecta per annos sex et menses tres. Set non permisit clerus Anglie interdictum laxari, donec[5]) de omnibus sibi ablatis quadrans ultimus redderetur. Set rex quinquennii inducias ad restituendum ablata a sede apostolica impetravit[6]); ita scilicet, quod singulis annis quandam certam summam pecunie infra quinquennium spoliatis restitueret[7]), donec ablata omnia solverentur. Sicque, episcopis invitis, indultum est in Anglia celebrari divina[8]). Eodem tempore, scilicet 4. Non. Julii, venit Otto rex Germanie Valentianas[9]) in ausilium[10]) Fernandi. Otto vero, licet eum papa pridem ab inperio[11]) pronunciasset depositum, imperatorem nichilominus se gerebat, et a multis habebatur augustus. Philippus rex Fran-

---

[1]) Ultraiecsem 1, Ultraiersem 2. — [2]) Hermann. 2. — [3]) Christiatatis 1. — [4]) sute 2. — [5]) doneo 1. — [6]) impretravit korr. impetravit 1, inp. 2. — [7]) restitueret korr. restituret 1. — [8]) Sicque . . . divina fehlt 2. — [9]) Valencias 1. — [10]) aux. 2. — [11]) imp. 2.

corum anno regni sui 35. bellum commisit[1]) cum Ottone [2, 164b], qui in ausilium[2]) Fernandi venerat, die dominica, 6. Kal. Augusti, non longe a civitate Tornaco, iuxta villam quam appellant Bovinas; ubi victoria cessit regi Francorum Philippo, captis in conflictu bellico viris 140 nobilibus. Inter quos erant comites quatuor, quorum precipuus fuit ipse autor[3]) belli, Fernandus Flandrensis, Reginaldus Boloniensis, Willelmus Salesbriensis, et quidam qui stipendia sequens cum Ottone venerat ex Germannia[4]). Rex igitur, ut dictum est, gloriose victoria potitus, in sua remeans, Reinaldum[5]) comitem Boloniensem in arta custodia Perone reliquid compeditum, Fernandum vero graviter plagatum secum ducens Parisius, ibique exceptus est cum triumpho. Indeque contra regem Anglorum Pictaviam properans, intra mensem reversus est, treugis usque in quinquennium inter eos firmatis.

Virginis a partu post annos mille ducentos,
In quarto decimo fit Francia leta triumpho[6]) [1, 154].

Hoc tempore magister Robertus de Curcim[7]), presbyter cardinalis Sancti Stephani in monte Celio, missus a papa Innocencio pro subsidio Terre Sancte predicare per regnum Francorum: hic, habitis conciliis, multa contra dignitatem prelatorum et consuetudines capitalium ecclesiarum attemptavit[8]). Tandem apud[9]) Bituricas cum se sensissent gravari, interposuerunt appellacionem et sic statuta cum concilio, quod ibidem celebrare ordinaverat,

---

[1]) conm. 2. — [2]) aux. 2. — [3]) auctor 2. — [4]) German. 2. — [5]) Regin. 2. — [6]) In 1 am untern Rande in ebenfalls grüner Schrift zwei fast ganz verwischte Zeilen [lesbar noch Gallia], anscheinend eine Fortsetzung der Hexameter. — [7]) Corszon 2. — [8]) atept. 1. — [9]) apd 2.

irritaverunt. Multi etiam alii a domino papa ad alias naciones missi ad predicandum pro subvencione Terre Sancte multos sancte crucis characthere[1]) munierunt. Inter quos erant precipui rex Hungarie, dux Istrie[2]), Willelmus Hollandie, Albericus presul Remensis, Walterus dominus de Avennis[3]).

Ipso adhuc anno manente, Fredericus Apulus rex Sicilie, qui morabatur in Suevia, audiens, quod Otto, eius adversarius, a Francis sine victoria remeasset, exercitu collecto, Aquisgranum obsedit. Consumptis[4]) ibidem frustra diebus multis, cum gravi dampno exercitus sui, famem tamen ulterius non sustinens, vix in propria se recepit.

Rex Philippus Willelmum comitem Salebriensem, fratrem regis Anglorum ex parte patris, quem in conflictu apud Bovinas ceperat, Roberto comiti Branensi, fratrueli suo, redidit[5]), quia Robertus primogenitus suus, qui cum fratre suo, Petro comite Britannie, et aliis in partibus Pictavie contra regem Anglorum custodias observabat, sorte bellica captus fuerat. Factumque est, ut circa purificacionem sequentem Willelmus in excambium pro Roberto rederetur[6]). Sic gavisus[7]) est Robertus Branensis, se fuisse in bello cum rege [2, 165].

Adhuc illo anno currente, scilicet anno gracie[8]) 1214., in capite ieiunii, 4. Non. Marcii, Johannes rex Anglie exemplum predesessorum[9]) suorum, regum Henrici scilicet patris et Richardi fratris secutus, profecturus in subsidium Terre Sancte crucem accepit. Set non licuit

---

[1]) car. 2. — [2]) Hist. 2. — [3]) Avesnis 2. — [4]) Consuptis codd. — [5]) redd. 2. — [6]) redd. p. R. 2. — [7]) gavisus su 2. — [8]) sc. a. gr. fehlt 2. — [9]) predec. 2.

diu tam utili vacare proposito. Nam mox post pascha proceres regni sui in eum insurgentes, favente illis manu rusticana, grave dispendium regno paraverunt.

A. g. 1215. — Otto quondam imperator propter victoriam apud Bovinas a Deo sibi denegatam fortune cedens, patrimonio suo contentus, animum tamen ab imperio non deposuit. Defecerant ab eius ausilio[1]), qui eius credebantur amici, quorum sequitur et favor pecuniam et fides fortunam[2]). Fredericus Apulus capit Aquis; Fredericus Appulus[3]) Aquisgranum revertens, unde cum dedecore necdum finito anno recesserat, sine multa difficultate castrum obtinuit, ubi 8. Kal. Augusti in regem Germanorum sublimatus, mox de honore percepto Deo gratiam[4]) solvens, pro subvencione Terre Sancte signum crucis assumpsit[5]), cum aliis profecturus [1, 154b].

Hoc anno mense Septembri, multi nobiles viri, tam Flandrenses quam Brabancii, profusa regis Anglorum stipendia sequentes, in eius auxilium in Angliam transire[6]) volentes, passi[7]) naufragium submersi sunt. Similiter fuit de Hugone de Bova. Barones vero comfortati dixerunt: »Manus Domini manifeste est contra regem nostrum«. Timentes tamen de regis sui viribus, per internuncios de ferendo sibi auxilio Lodovicum[8]), primogenitum regis Francorum, interpellaverunt, promittentes ei tocius insule monarchiam, Johanne rege expulso. Acceptis ab eis obsidibus, multitudinem militum eisdem delegavit. Hoc eodem anno, mense Novembri[9]), celebratum est Rome concilium[10]).

---

1) aux. 2. — 2) formam 1, 2. — 3) Ap. 2. — 4) gratias 2. — 5) assups. 1. — 6) tr. i. A. 2, tͣrassire 1. — 7) passa 1. — 8) Lud. 2. — 9) Novenb. 2. — 10) cocil. 1.

Anno ab incarnacione[1]) Domini 1215. Celebrata est sancta et universalis sinodus Rome in ecclesia Salvatoris, que Constantiniana vocatur, mense[2]) Novenbri, presidente dompno[3]) Innocencio papa III., pontificatus eius anno 18. In qua fuerunt episcopi 412. Inter quos extiterunt de precipuis patriarchis duo, videlicet Constantinopolitanus et Jerosolimitanus[4]); Anthiocenus[5]) autem gravi languore[6]) detentus, venire[7]) non potuit, et misit pro se vicarium Anderadensem episcopum. Alexandrinus vero sub Sarracenorum dominio constitutus, fecit quod potuit, mittens pro se diaconum germanum suum. Primates autem[8]) et metropolitani 71[9]). Ceterum abbates et priores ultra octingentos. Archiepiscoporum vero, episcoporum, abbatum, priorum [2, 165b] et capitulorum absencium non fuit certus numerus comprehensus. Legatorum vero regis Sicilie in Romanorum imperatorem electi, inperatoris[10]) Constantinopolitani, regis Jerosolimitani, regis Francie, regis Ciprie, regis Anglie, regis Hungarie necnon et aliorum principum et magnatum, civitatum et aliorum locorum ingens fuit multitudo. In hac sinodo fuit presens Reimundus comes Tolose[11]), qui obtulit se stare iudicio ecclesie, quod esset fidelis. Set clamantibus contra eum episcopis Gocie cum Widone[12]), fratre comitis Montisfortis[13]), qui privilegia ipsius pape allegavit, quibus terra comitis fratri suo fuerat confirmata. Unde factum est, ut comes Sancti Egidiensis[14]) tamquam manifestus hereticorum fautor abiudicatus est; terra vero comiti Montis-

[1]) a. i. fehlt 2. — [2]) mese 1. — [3]) domno 2. — [4]) Jor. 1. — [5]) Anthioch. 2. — [6]) langore 2. — [7]) vin. 1. — [8]) vero 2. — [9]) 74, 2. — [10]) imp. 2. — [11]) c. T. R. 2. — [12]) Guid. 2. — [13]) Motis-f. 1. — [14]) Egidii 2.

fortis[1]) est confirmata. In hac etiam sinodo invenit dominus Gervasius abbas Premonstratensis[2]) coram domino papa gratiam multam, que maxime apparuit in tribus: quorum primum fuit, quod dominus papa per eum obtulit ordini, cui ipse prefuit, cenobium sancti Quirici, quod in diocesi Reatina situm est, monachis inde amotis, qui infames extiterant; secundum vero fuit, quod dominus papa per eum vicesimam[3]) ordini Premonstratensi[4]), que ab aliis ordinibus exigebatur[5]), relaxavit; tercium, quod nec ipse papa nec aliquis cardinalium[6]) ab eo aliquod munus accipere[7]) voluit.

A. g. 1216. — Simon[8]) dominus Montis-fortis[9]), qui meruit Machabeus appellari, circa Kal. Maii venit Parisius auxilium petiturus contra[10]) Arragonenses, a quibus graves [1, 155] sustinebat incursus[11]). Venit etiam de re familiari et hereditaria disponere, eo quod Amicen[12]), mater sua, concesserat infata. Comes iste illustris, scilicet Simon Machabeus, ita in Narbonensi provincia adversus hereticos, Deo favente, prevaluit infra annos 8, ut, illis debellatis, ipse in literis[13]) suis se scriberet vicecomitem Carcassonensem et Bitercis[14]) et ducem etiam Narbonensem. Hic, qui postquam, ut dictum est, venit in Franciam, infra paucos dies reversus est, unde venerat, secum ducens ex Francia milites circiter 120.

Eodem tempore et eisdem diebus, venit Parisius Gualo[15]), sedis apostolice legatus[16]), tituli Sancti Martini presbyter cardinalis. Qui multum diligenter, licet frustra,

[1]) Motis-f. 1. — [2]) Premost. 1. — [3]) vicec. 1. — [4]) Premonstat. 1. — [5]) exhigebantur 2. — [6]) cardinalis 2. — [7]) accipere 1. — [8]) Sym. 2. — [9]) Mot. 1. — [10]) cotra 1. — [11]) incursu' 1. — [12]) Amicea 2. [13]) litt. 2. — [14]) Biterris 2. — [15]) Galo 2. — [16]) s. a. sedis 1. 2.

dominum Lodovicum[1]) monuit, ut a proposito navigandi in Angliam desisteret. Patrem vero eius, regem Francorum, diligenter et studiose ortabatur, ut filio transsitum dissuaderet, denuncians eis sententiam excommunicationis, que iam in concilio in omnes adver-[2, 166]-santes regi Anglie fuerat lata. Comes vero Montisfortis, qui presens adherat[2]), pro bono pacis plurimum laboravit. Cumque nichil proficeret apud eos, legatus in Angliam navigavit, compositurus, si fieri posset, inter regem et principes contumaces. Legatus principes Anglie frustra alloquitur.

Dominus Ludovicus, navigacione parata, feria 6. in crastino ascensionis[3]) Dominice, 13 Kal. Junii, anno etatis sue 29., regno vero patris sui 36., exeunte iam anno Johannis regis Anglorum 17., circa horam nonam a portu Flandrie, quam Kalais dicimus, agressus navigium, venit in insulam Thanet[4]). Ubi post egrotaciones plurium et labores recreatus, secunda feria sequenti Sandviz portum tenuit. Barones Anglie ad adventum domini Ludovici exhillarati[5]), hominium ei facientes, eum circumduxerunt et capcioni urbium et castellorum vacaverunt. Walo sedis apostolice legatus[6]) interdicendo, excuminicando[7]) et modis omnibus Ludovico et eius coadiutoribus obsistebat. Ludovicus contra voluntatem suorum[8]) baronum, voluntati necnon quorundam religiosorum[9]) peticioni favens, ab incendiis urbium, ecclesiarum et religiosorum locorum abstinuit.

A. g. 1217. — Johannes rex Anglie cruce signatus, tedio et angore deficiens, obiit. Hic cum Mathathia[10])

---

[1]) Lud. 2. — [2]) ader. 2. — [3]) ass. 1. — [4]) Thanech 2. — [5]) exhilar. 2. — [6]) legatis 2. — [7]) excommunic. 2. — [8]) soiorum 2. — [9]) religiorum 1. — [10]) Mathatia 2.

dicere potuit: »*Ve mihi, ut quid natus sum videre mala etcontricionem populi mei!*« Huius funus ad Wirecestram delatum, inter duo sanctorum corpora habuit sepulturam, iuxa vaticinium Merlini[1]), qui ait: Inter sanctos collocabitur.

Henricus. Hic filius superioris, puer vix undenius[2]), patri successit in regnum, et agente legato sedis apostolice, regiis est honoribus insignatus[3]). Ad hunc redierunt multi, qui ob odium patris sui antea fuerant cum domino Ludovico[4]) [1, 155b]. Lodovicus, multis suorum procerum repatriantibus, exercitus et census petiturus succursum, ad Franciam est reversus et infra duos menses ad suos regressus est in Angliam. Castrum, cui nomen Dovere[5]), secundo vallat obsidione, set id frustra fuit. Nam ab eius captione tam loci municio quam opidanorum valor eum prohibuit. Aliud etiam castrum, cui nomen Windelesore[6]), obsessum non fuit captum. Apud urbem, quam Lincolnium[7]) vocant, ceduntur milites domini Lodovici ab adversariis, et ibidem ipso die plus quam 300 milites amisit. Inter quos cecidit inclitus comes et illustris indolis Tomas[8]) de Pertico, qui fuit ex sorore Ottonis, aliquando [2, 166b] Romanorum inperatoris[9]), tam Francorum regis quam Anglorum consanguinitate propinquus. Post paululum vero exercitus navalis, cui prefuit Eustacius monacus[10]), volens domino Luduvico[11]) subvectare auxilium, cesus est ab Anglis, capitibus amputatis et in mare[12]) proiectis. Capud vero Eustacii est

---

[1]) Mærl. 2. — [2]) undennis 2. — [3]) insignitus 2. — [4]) Ludvico 1. — [5]) Dovre 2. — [6]) Widelefore 2. — [7]) Lincolinum 2. — [8]) Th. 2. — [9]) imp. 2. — [10]) monach. 2. — [11]) Ludov. 2. — [12]) mari.

per Angliam delatum in pilum. Hic sepe de rege Francorum ad regem Anglorum[1]) transivit et iterum, illo relicto, ad alium revertebatur. Hic, ut apostatam decebat, dolosus omni malicia plenus fuit, ut de nigro monacho nigrior[2]) demoniacus efficeretur. Ludovicus, prestito sacramento[3]), se stare mandato ecclesie, per legatum ab excommunicationis sentencia absolutus, reversus est in Franciam.

A. g. 1218. — Simon[4]), dux et signifer christiani exercitus contra hereticos Albigenses, machinis Tholosanorum corruit. Cui Almaricus[5]) filius in regimine successit. Obiit vero Machabeus nostri temporis 7. Kal. Junii.

In Frisia subita aquarum inundacione modico noctis spacio perierunt plus quam 8000 hominum.

A. g. 1219. — Brucardus[6]) et Wido[7]), fratres Walteri domini de Avennis[8]), clandestina[9]) bella Johanne comitisse Flandrie moventes, ab eius satellitibus capiuntur, et Widone[6]) nequiter occiso, Bruchardus[10]) vulneratus arte custodie mancipatur. Hic ex clerico et cantore Laudunensi arma capescens militaria, sororem comitisse Flandriarum, eius fidei et tutele commissam, oblito omni iure legali, sibi federe coniugali consanguineam copulavit, forte arbitratus, per eam aliquam partem hereditatis posse adipisci. Lodovicus cum exercitu infinito Tholosam obsidione 4 mensium vallavit et voto frustratus recessit.

---

[1]) fehlt 1. — [2]) niger 2. — [3]) sacrameto 1. — [4]) Sym. 2. — [5]) Almarric. 2. — [6]) Bruch. 2. — [7]) Guido 2. — [8]) Avesnis 2. — [9]) clamd. 1. — [10]) Bruchad. 1.

Terra hoc anno parce dedit fructus pro malicia inhabitancium in ea. Gelu itaque solito tempestius facto, Non. scilicet Octobris, uvas fere ad maturitatem perductas exinnanivit[1]) et amaricavit, ita ut vinum ex eis eliquatum acidum fieret et odiosum. In quo facto vaticinium Isaie videmus impletum: *Luxit vindemia, infirmata est vitis. Cum cantico*[3]) *non bibent vinum. Amara erit pocio bibentibus illam.*

---

[1]) exinan. 2. — [2]) can̄tico 1.

Druck von Ant. Kämpfe, Jena.

Von demselben Verfasser erschien:

Verlag der Dyk'schen Buchhandlung in Leipzig:

Philipp II. August, König von Frankreich, Bd. I (1165—1189). Mit 4 Stammtafeln. 1899/1900. Preis: 18 Mk. Bd. II: Der Kreuzzug (1187 bis 1191). Mit 4 Stammtafeln. 1906. Preis: 10 Mk. Bd. III, der bis zum Jahre 1199 reicht, soll 1909 erscheinen.

Über Wesen und Gliederung der Geschichtswissenschaft. Akademische Antrittsrede. 1905. Preis: 80 Pf.

Im Verlage der Wagner'schen Universitätsbuchhandlung in Innsbruck:

Regesta episcoporum Constantiensium. Regesten zur Geschichte der Bischöfe von Konstanz. Herausg. von der Badischen Histor. Kommission. Bd. II (1293—1383), mit Nachträgen und Registern von Karl Rieder. 1894—1905. 4°. Preis: 34 Mk.

Ein Donaueschinger Briefsteller. Lateinische Stilübungen des XII. Jahrhunderts aus der Orléansschen Schule. Mit einer Handschriftprobe. 1898. Preis: 2 Mk.

In den Neuen Heidelberger Jahrbüchern:

Die Machtstellung Heinrichs II. von England. Bd. VIII (1898).

Die staufischen Kaiser und die Auffassung ihrer allgemeinen Politik. Bd. XIII (1904).

In der Historischen Zeitschrift:

Richard Löwenherz im Heiligen Lande. Bd. CI (1908).

Druck von Ant. Kämpfe
in Jena.